Cum pater cuius nepotis non fuit exhæredatus sed præteritus. igitur quamvis ex veteri edicto exhæredatus obstet nepotibus non tamen ex novo de coniungendis, immo potius nepos in potestate retentus simul cum patruo admittendus est nam pater cuius exhæredatus pro mortuo habetur d. l. 1. §. Si pater, ver. Sed si patruus illo ti. = Unde intelligenda sunt verba illa obscura d. l. qui duos, ib. obstat filius suis post emancipationem susceptis quasi sensisset, quod licet exhæredatus obstet nepotibus omnino in antiquo edicto non tamen in novo de coniungendis quia pro mortuo habetur nisi nepotes suscepti fuerint post emancipationem patris quoniam tales nepotes neque ex veteri edicto neque ex novo de coniungendis admittuntur sed exhæredatus pater eis obstat, quoniam edictum novum procedit tantum in nepote retento in potestate avi patre eius emancipato d. l. 1a §. Si pater l. ver. illo ti. etc. etc. superiora verba non [illegible] sunt tollenda tanquam imperiti interpretis ut perperam exclamavit Ant. fab. d. sua. et Pier. ad ti. um de acq. hæred. cap. 17. num. 14. quos recte convincit antecessor noster in tractatu de suorum hæredum successione cap. 4 ex num. 15. et late de interpretatione d. l. qui duos in ultimis verbis, cum l. ver. eodem ti. de qq similiter videndi sunt cum in recitationibus ad l. a Ant. fab. et l. 10 coniectur. cap. 9. quæ quidem omittimus libenter quoniam ad institutum nostrum non expectant.

... [illegible] munitur
Existimant interpretes [illegible] definitionem hic relatam et probatam a nobis supra institutionum [illegible] 3. §. 1 veterum [illegible] definitionem esse l. [illegible] in l. quo [illegible]

in l. potest 36 eod. tit. l. 2 § defertur de bon. poss. 2m tabu. premo. init. a D. Cujac. quoniam omnis institutio post primam in numero dicitur 2a institutio, sicut appellantur 2ae nuptiae omnes post 1um matrimonium in rubrica C. l. si quis 8. §. talem C. Secundo toro. C. de 2is nuptijs, sic similiter duo rei promittendi et stipulandi dicuntur. D. si plures fuerint in h. ff. C. de duobus reis, et apud juris pontificij professores 2a electio nuncupatur omnis facta post 1um glossa in cap. cum venientes Tom. Decurrebat. contra de elect. qua doctrina sequuntur et illustrant Franc. Olepa num. 7. Marianus Socinus num. 3. in Rubr. sui tituli. Baldus in praeludijs substitutionum num. 1. et plures laudati et relati a Menoch. in consilio 97. n. 18. et l. Intriolo de substitutionibus q. 2. num. Enrique de primoge. q. 3. num. et q. 8. num. 3. Greg. Lopez in l. 2. glossa 4. tit. Sino el fizo mayor tit. 5. par. 6. qui ad plura praeter necessaria multa inde illa inferunt, maxime ut si consuetudine, statuto, et fundatione majoratus caveatur ut filius primogenitus ex primo matrimonio natus, et ex 2o succedat in varonia et majoratu = sequis mortua 1a et 2a uxore 3um matrimonium contraxerit ex quo filium habuit ex 1a et 2a uxore nullum filium susceperit, nihilominus filius natus ex 3o matrimonio majoratum

adhi=

29

[margin: & matrimonii] obtinebit. quia omne majoratus post l. dicitur 2.

Hanc tamen Senatus doctrinam falsam esse Conantur pluribus defendere ille Socinus V. sup. Art. Gom. ad Rubr. nri titulj: nº 30. nam licet oratio frequentioris

[margin: § 1.] Usus 2. nuptiis dicentis omnes post l. duo rei promittendi & stipulandi quantumvis plures fuerint in Supra d. rubricis, Cum tamen nume-

[margin: Loquimur] raliter Loquitur, non ita procedit l. 3. ff. ad tertias minime vota moreuerit. l. Hec edictali. 6 ff. ad 2. & 3. Repetiti matrimonij ... c. de 2. nup. l. ... de duobus reis. prin. insti. Codem tº in definitionibus tamen omnia verba sunt propriè proponenda licet in inscriptionibus rubricarum non ita stricte id procedat. V. idem Socinus in §. Centurio Eodem tº nº 6. eleganter probat non esse validum argumentum de rubri ad definitionem =

Socitr silentio omnissis alijs interpretationibus ... ab Art.º Gom.º supra ... antecessoribus nris placuit interpretatio Donelli in Rubr. ad c. de impu. nº 11. ... ff. 6. ... Videlicet Substitutum 3. 4. & ulteriori gradus 2.um heredem esse ordine Subcesionis, habita relatione ad eum in cuius locum Substituitur ... subrogatur Cum quo conferri debet, ... loco quo Substituti nomen accepit, licet ordine scripture 3 & ... heres sit = Hec tamen interpretatio ... si ... diversa videatur, re tamen & effectu non distinguitur a 1.a interpretatione relata supra, ... dum dicitur namque ... si substitutus 3.º loco ... si ...

Cu 2° in Cuius locu subrogatr Substitutus sit 2° gradu. n tamen 2us Eres est. Cu tres reperiantr instituti; et Deinde nam 2um Superiore interpretatione n Aprehenditr et 3us et 4us, substitutus in Resp. Seccursana donec 1us et 2us deficiant, atq ita effectus substitutionis potius qua substitutio definitr ab Secc. Quod quidem Referendu n est maxime quonia Si Verum amamus quod sup dixmus in prim Euius tractactus quia 2us Eres dicitr Substitutus respectu delationis Ereditatis. in 3° aute et 4° substitutio datr 3a et 4a delatio Ereditatis. Ergo 3us et 4us Eres erit n vero 2us. Extra definitione Secc. quam defendimus =

Quare Verior est 1a relata Superiori interpretatio Et Si animaduertamus Cu Azone in Maiori c. de 2is nup. n° 1. 2um dici a sequendo, quo sensu nuptis aut substitutiones 2ae dicuntr, quae sequuntr post 1as. 2°.3°. et Ulteriori gradu; et sicut Vulgo Omunitr dicatr 2um quod sequitr post 1um Ut illustrat Menoch. Cons. 97. lo. 1. n° 116, proqua parte expendi possunt bona in l. si plures 10. de l. libe. ff. Ut a 1° quoq ad sequentem translata Ereditate et in l. prete reru § et ff. ad l. falcid. ff. quanti 2is fructibus, qui Valdesi numeraliter accipiantr, intelliguntr id est fructibus sequentibus de quo Secu plura Videnda sunt apud Sifone in Cplus aute n° 5. initi de actio. neq obstant tradita a Superiore interpretatione a Sorino et sup. nam licet 2um quando oponitr 3° aut 4°. numeraliter sit accipiendu scilicet 2um post 1um. 3um post

post 1.um ... Ita de reliquis, tamen cum generaliter in clausula desp.es [illegible] dessposite reperitur significat id omne quod post 1.um sequitur, unde si plures fuerint substituti quod designales numeraliter loquendo sit dicitur 2.us qui 1.o substitutus est. 3.us qui 2.o [illegible] ita de reliquis. in desp.es tamen [illegible]. At substitutus 2.us gres dicitur absolute et simpliciter intelligitur de quocunque substituto post 1.um institutum, quapropter in casu prosoi necessario [illegible] sup.s, cum filius 1.o genitus [illegible] successione majoratus utitur, natus ex 1.o et 2.o matrimonio Sempronii.* nam 3.o ex 3.o admittendus esse, quam opinionem veriorem esse probant Cardinales Mantica [illegible] de [illegible] n.o 10 [illegible]. Peralta in Rubri.ca de liberis insti. n.o 16. vers.o 3. ampliatur pro qua interpretatione similiter considero nam naturales liberi qui simpliciter pronunciati intelliguntur legitimi et naturales nati ex conjunctione naturali quam nos matrimonium appellamus, tamen cum naturales liberi opponuntur emancipatis intelliguntur de procreatis absque sectione [illegible] [illegible] ita interpretandum in L. N. de lib. qui sunt sui, juncta L. §. de adoptio. Sic similiter adoptionis nomen generaliter prolatum adrogationem comprehenditur, secus si quando adrogati opponitur L. 1. §. 1. de adopti. prout Instit.a Codex [illegible] explicat Donel. [illegible] 2 [illegible] Cap. 22.

* dicendum est filium tantum natum ex 1.o et 2.o matrimonio Sempronii

Et hered.:

\+ adrogationem

Praetorea contradictus antiquis pro sententia desp.es [illegible]. Explicandus est Ulp. in L. liberorum nomine §9 §. cum quis de here. insti. At Celsus afirmat quod [illegible] plures sunt

instituti eredes, si unus ex eis coniunctus n. sit, cui aliqua pars ipsius deficiat propor=
tionibus ereditariis accrescat = neq. interest, in quo
1.o loco institutus proponatur, an vero alicui
substitutus, quia tunc manifeste innuunt sub=
stitutum n. esse 2.m eredem, alioquin n. daretur
concursus instituti et substituti l. quandiu 68.
de acq. ere. cum similibus. quae quidem difficultas
fulcitur ex l. cum filio 39. §. quidam 4.or
eod. ti. et idem evidentius probatur, quia difficul
oppressus Acc. d. §. cum quis tunc substitutus
intendit substitutum in eo secundo n. concurrere cum
ceteris coheredibus institutis, sed sensum esse
ut sicut inter institutos eredes datur ius accres=
cendi proportionibus ereditariis, si alicuius
coheredis portio deficiat, qui cum aliquo ex
reliquis coheredibus coniunctus n. sit, ita simi=
liter idem observandum sit inter substitutos,
quam quidem interpretationem amplexus fuit Cuius
ad eundem secundum ex l. 2. §. si duo de vulg. sub. =

Haec tamen interpretatio
evidenter convincitur ex d. §. quidam 4.or et in
deficientis portionem substitutus uni ex cohe=
redibus cum ceteris institutis simul admittitur
quod quidem fatetur Acc. d. tunc responderunt, n.
contrarius neq. obstat instituti et substituti
n. esse concursum, nam illa regula procedit respectu
instituti cui substitutus datus est, n. vero
aliorum eredum d. l. quandiu cum similibus,
ceterum in d. §. quidam 4.or et in d. §. cum quis
substitutus n. concurrit cum suo instituto
sed cum ceteris coheredibus accrescendi, unde
observarunt Acc. d. tunc responderunt. et

An

Angelus, Alexan. Iason, et Cumanus post eos Gotofredus. Substituto jus accres= cendi competere, quod heredi competere potuisse cui substitutus fuerat, nam ius accrescendi portio portioni accrescit non personae L. Si tibi ff de Usufruc. L. Si totus ff de acq. here. de quibus juribus videndi sunt Cuj. lib. 3. obser. Cap. 38. et lib. 12. Cap. 12. Ant. fab. de errori. decade 50. erro. 5. quod quidem accres= cendi jus substituto competit ex propria natura propter portionem quam habet non vero virtute trans= missionis ut perperam existimavit Ant. Ubi sup.a, quem recte reprehendunt omnes relati proxime, nec obstat jus accrescendi non esse inter diversos successores L. Sed cum patrono 6. de bono. posse. nam propter quod substitutus eodem jure institutionis heres est non minus quam institutus diversi dicuntur succedere cum unus ex testo. alter abintestato, unus propter bono. posse. 2am tabu. alter propter 3a tabu. successionem obti= nent ut recte animadvertit Alciatus lib. 5. parergon Cap. 7. merito substituto jus accrescendi competit in praedictis juribus quod procedit quod coheredes omnes de quibus in eo cum quibus ipsi erant ... disjuncti, re vero conjuncti, ut necessario supponendum est prop= ter resolutionem textus in L. re conjuncti ff. Leo. 3. explicat ultra relatos Duarenus lib. 1 de jure accres. Cap. 11.

Tandem ex sup.a dicta infertur interpretatio ad quam non minus obscura ultra Acc. definitionem quam defendimus in L. Cohe= redi 41. §. Cohered. et §. quod si heredem Eod. tit.

in L. in ratione 11. § cod Vulgo ad L. falcidia.
V. Substituti, Eredes sub conditione instituti nuncupantur. quia non distinguuntur ab Eredibus in gradu 1° aut 2. Sed tantum in eo quod conditionales Eredes sunt = Ex quibus juribus Existimarunt communiter interpretes politioris doctrinae Substitutionem nihil aliud esse quam institutionem conditionalem Ut post Acc. in L. qui liberis 18. loc. cit. Exornant multis Valdus, Rolitus, Socinus in Loris Congestis ab Intriolo de Substitutione. Centu. 1. q. 2. Ex num. 60. t. 6. Peregrinus de fideicom. art. 45. num. 10. Petrus Greg. L. 42. Sintag. Cap. 10 num. 2. Scleforde. L. 6. tract. 6. q. 2. Galganetus de conditi. et demons. 1 p. cap. 3. n° 23. = Verum non V° superior sententia dumtaxat evidenter Ex eo na Substitutiones aliae sunt purae, aliae conditionales L. qui liberis 18. L. M. § 1. loc. cit. L. 4. cum sequentibus de Eredibus inst. illae Enim conditiones quae juris potestate intelliguntur Veluti in Vulgari Substitutione Si Eres non erit, in Pupillari Si Eres erit et intra pubertatis annos decesserit. a testatoribus Exprimuntur Eodem modo quae juris potestate intelliguntur dispositionem non faciunt conditionalem L. 3 de Leg. 1. L. Si dies 21. § 1. cum L. sequenti Quando dies Leg. ced. L. Cornelius 99 de Eredibus inst. et apud Paulum L. 3 Sententiarum tit. 4. § 18 V. Cuj. Goveanus. Voto. et reliqui in d. L. qui liberis § sent. fab. de Errori. decade 31. Errore 6. Ex num 6. Ergo si substitutionibus non adjiciatur alia conditio Extrinseca propter Eam quae juris potestate inest non dicuntur conditionales institutiones =

nec

Neq obstant sup.a tradita, neq in d. §. Cohæres circa distributione Legatoru dicit qq in 1.s et in 2.s tabulis Similr esse substitutu Eredi ex parte pure et ex parte sub cditione affirmat Papin. lib. 4. Cuy lib. 6. respon. Papi. explicat. Simile aute n. est idem X.a tradita a DD. per text. lib. in L. cd Nerua deposit. q.o potius probatr ex eo substitutione n. esse institutione cditionale; cd quide euidentius prouatr ex d. L. in rati.e §. cd Vulso ubi idem illa substitutu intellectu institutu in 1.s tabulis, subconditione significant n. esse instituto propre in 1.s tabulis neq Eredu subcditione. Sed intelligi, circa distributionem Legatoru in Ynu, nec tandu obstat tex. in d. L. Cohæres §. cd si Eredu, neq in eo textu n. dicitr de aliqua subst. sed potius de fidei. Universali. cd quide substitutione n. fuisse ex pandectaru contra plures defendit et illustrat Schifor lib. 2. tract. 6. q. 4. Unde dicho illa substitutionis de qua in eo textu intelligenda est in genere suo sensu, fidei commissarius qui in locu Eredis subrogatr substitutus dicitr, n. Vero prout in nro tractatu substitutionis nomen in specie usurpatr

[illegible]

SEQUUTUR UTILISS. TRACT.
De legatis et fideicommissis in quo jucundiora et obscuriora a Triboniano ex Consultorum placitis in tribus Pandectarum de legatis libris explicantur et exornantur.

A D.D.D. Gregorio Portillo explicatis M.

Caput 1. De divisione operis et legati certa definitione

C in ejus commentariis ubi tot sunt quae verbis laconicis explicata longiora desiderabant tempora, molestum nimis et infructuosum foret de continuatione hujus tractatus ad precedentes sermonem facere, quod apud antecessores lato calamo habetur, ego tamen fabulare scriptorum suffragia non intendo, sed quam facile sit animadvertas, quisquis vero studioso in dies meliora adjicere, in felix usum in argumentorum periculis et dicertationibus forensibus, nisi his quae a majoribus praemanibus habentur multa observationem digna non proponerentur, etenim aliquid licet aberrare et huc et illuc vagari cum et in caelo non certam omnia sidera sedem habeant, sed quaedam incertas habeant vias.

N. 1. Tribonianus quinquaginta pandectarum seu digestorum libris universa veteris jurisprudentiae volumina decisit, autor est Imperator Justinianus

in L. Va. § 1. C. de Vet. enucleando, ibi quinquaginta scilicet libris omnis compleui, nunc summo Caelesti fauore. quod idem habetur in proemio digest. veteris § omnia scilicet, et in proemio institutionum § scilicet, et 44 libri tres de legatis et fidei commissis habentur in 2a pandectarum parte à titulo de legatis et fidei commissis libro 1o. usque ad titulum de legatis et fidei commissis libro 3o. Cuius diuisionis ratio et si multiplex ab Acc.o Bartolo Castrensi, et ceteris Accursianis constituatur ... et cum multis ab Antecessoribus nostris illa certior semper mihi visa fuit, nempe prolixitatis sobria de gratia Tribonianum id fecisse, ne fastidiosum opus studiosis videretur, et facilius intelligeretur, ... ut alias paulus consultus ratiotinatur in l. Cajus sejus 88. § 11o. de legatis 2o. ubi Titius qui fratris filio fundum Sejanum legauit totum legasse videtur, qui facilioris locationis et culturae causa fundum diuisit, quia diuisio substantiam rei non mutat, sed facultatem percipiendi fructus praestat, de quo textu et eius materia ad plures quaestiones praxi utiles, videndi sunt Tiriquel. de retractu Lignagier glossa 2a § 23. n. 2o versic. Stefanus Gratianus disceptationum forensium cap. 345. ex num. 68. quo modo interpretandus et ille textus cum l. 1a. de rebus dubijs. ubi fundi Meuiani erant plures diuersi non vero unus, unde diuisus melioris culturae gratia, de quo textu videndi sunt Cujacius libro 8. obs. cap. 25. Illeg. ad Donel. lib. 8. commenta. cap. 9. lit. N. Otmanus lib. 1 observationum cap. 5. et lib. 1. cap. 15. Gregorius Lopez Madera lib. 1o. animaduersionum cap. 23. in princ. ubi obseruant ex illo textu alternatiua dubia interpretanda ex altera alternatiua

Nondel

Simul proposita prima sententia expendo ... singularis ... in l. 1. vers. denique, de officio pro-
curatoris Caesaris, ubi specialiter animadvertit Bar-
tolus in repetit. ... num. 6. Unde praecipi ... tribu-
tiones habent regionum divisum proprium per annos
... qua divisione non mutatur qualitas scriptura-
rum, sed facilior cognitio eorum ... l. 8. infr.
... 19. partita 3. ubi in specie notat Gregorius Lopez
ultima. ... etiam fit ut qui castri aut domus
possessionem adquirit, non teneatur singulas partes diversas
... habitationis causa aprehendere, quia
illa divisio separationem aut diversitatem domus
non inducit, sed meliorem habitationem, arg. text. in
l. praedys 32. cum ... delegatis 3. Notat
Bartolus in l. 3. in princ. num. 5 de adquirenda
poss.

nu. 2. Praeterea exc. [illegible] ... doctrina ... interpretandus
text. summe difficilis in l. ... familiae
erciscundae, quo loci probatur, curatores posse dividere
universum patrimonium minorum. ibi. postea omne
patrimonium diviserunt. Ex quo verbis satis colligitur
divisionem bonorum inter minores factam, solum inducere
cognitionem bonorum, quae ad unumquemque perti-
nent, non vero dominium unius adimere, aut tribuere,
aliquam tanquam speciem alienationis, ... potuisset
fieri a curatoribus sine decreto praetoris ... l. ...
periculo ... l. penult. Cod. de praediis
minorum. Unde divisio separatur ab alienatione. Tan-
quam quid diversum in l. ... l. 4. Cod. de sacro-
sanctis ecclesiis. ibi. sub cuiusque alienationis
specie ad quemcunque transferre permittit ... ita
etiam praedia ... ne divisionis ...

n est aliquid in substantia considerabile, sed meliorem cognitionem bonorum suorum, sibi verum tribuunt.

N.3. Caeterum [tanc] definitionem difficilem facit Hispan. Ego Papiniani sententia in l. si filia 20 § si Pater. familiae erciscundae. ibi quasi certa l. permutationem fecerint. Ex quibus verbis colligitur divisionem bonorum inter filios factam n solum cognitionem personarum alienationem et permutationem, idem probat Papinianus in l. cum Pater 79. § hereditatem 2°. de legatis 2°. et apertius in simili Imp.es in l. 1a Co.dex Communia utriusque judicij: ibi divisionem bonorum vicem emptionis obtinere placuit. Unde Praelatus sine debita solemnitate n potest praedia Ecclesiae dividere, l. jubemus 14. Co.dex de sacrosanctis Ecclesiis, et in curatoribus minorum idem habetur in l. 1. in l. si pupillorum 7. de rebus eorum, in l. penulta Co.dex de praedijs minorum, et communiter ab interpretibus receptum est in l. 1. per textum ibi Co.dex si adversus transactionem =

N.4 Qua in difficultate explicanda omnis sententia est, ex proxime adductis juribus, divisionem bonorum speciem alienationis esse, qua doctrina ut veriore amplectuntur Bartolomeus Socinus Regula 329. et Consilio 254. lib. 2°. Menochius lib. 2 de arbitrarijs. Casu 171. ex num.° 34 n nam illa divisio n fit prolixitatis obviandae gratia, ut ea de qua in verbis legis de legatis. sed potius ut bona quae pro indiviso habuerunt ab heredibus et alijs possessoribus retinebantur.

retinebantur, Unicuiq. enim pars propria adjudicaretur, neq. obstat tex. ind. ... Lucius 38. finemq. Erciscunde, ne omnimisa interpretatione Antonij Fabrij in Rationali ad illum textum existimantis in specie de qua ibi, Curatores fecisse divisionem redituum pecuniarum, non vero bonorum immobilium minorum, quae conveniunt ex illis verbis Quaedam ibi postea omne patrimonium diviserunt, constat enim Cuj. lo 3. responsorum Pauli in eo. textu. Sive dicendum est in specie illius textus supponendum decretum Praetoris in dicto patrimonij, si in eo bona erant immobilia minorum, ideo autem Jurisconsultus mentionem decreti non fecit, quoniam disputatio de quo ibi non erat circa patrimonij divisionem, sed potius quaestio erat, utrum frater minor accipiens ex redditibus pecuniarum, adversus fratrem qui plus accepit quam frater danda sit actio, et Jurisconsultus affirmat nullam esse actionem dandam, si pater sua tantum portionem accepit, apud Multos autem moris est, responsum probere ad quaestionem principalem, in caeteris vero terminis habiles supponendi sunt, vulgata l. qui ltto 20. de ttis. in l. Gallus 29. § in omnibus de liberis et post humis. Cap. 1. de etate et qualitate, notat Antonius Faber lo. 10 Conjecturarum Cap. 4. Picardus ad titulum de vulgari Cap. 25. num. 11. quomodo a Cujacio conciliantur jura summe obscura in l. 5. § idemq. Julianus. Verum. cum pater deliberat legata. Cuj. l. si non sortem 26. § adeo, de condict.

[illegible]debili?

N. 5. Maneat Ergo firma divisione Leg. H. S.
Legatis a Triboniano proposita, tanto proditi-
tis Lectorum gratia, Ut Enim alimenta in sto-
macho mutata in Vires et sanguinem transeunt,
ita quae longa et Confusa sunt, dicta et divisa
diligentius Considerantur et perficiuntur, Ut ait
Seneca Epistola 89 et 94. divisionibus Enim
facilius ideas invenimus per species et membra
distincta, Ut Eleganter Loquitur Plato Lib 1.
de regno Cartaginense Carta 4. Circa finem.
Igitur Ut omnia quae selectiora sunt, et scitu
magis digna in Eo tractatu percipiantur, de Certa
et Germana definitione Legati agendum est, loqui-
mur Enim de Legati Cognitione in specie de qua
in tribus Pandectarum libris de Legatis agitur,
quatenus ad res ultimo Legatas pertinent. nam
Legati Verbum ad personas relatum Significat Vice
Civitatis municipii aut Reipublicae legatum missum aut
Substitutum, iuxta tradita a Julio Cesare lib 2.
de bello Civili [illegible]. nec se ignorare quod esset
officium Legati qui fiduciariam obtineret operam.
de quo lege legitur in l. 8. sanctum. de rerum
div. [illegible] tutor 35. infine de iureiurando, me-
lior textus in l. eum qui 5. §. 1. de constituta
pecunia, de Cuius interpretatione et conciliatione
cum l. si quis in Legatione ff. de judiciis videndi
sunt Cuj. lib 13 observationum Cap 17. Duare-
nus

nus ad titulum de Constituta pecunia Cap. [illegible]. Do-
nellus lib. 17 Commentariorum Cap. 14. idem probant
textus in l. 4. § ult. l. 6. de offic. proconsulis
cum similibus traditis a Brisonio et a scribentibus
de Verbis juris. Verbo legatum. quo sensu
extat titulus in pandectis de legationibus, aliter
vero Legati nomen generaliter significat omnem
ultimam dispositionem, nam l. 12. tabularum legati
nomine et Legandi verbo, heredum institutiones
legata, libertates, tutelas et quicquid ultimo relin-
quebatur continebatur, l. 1. ad l. falcidiam. l. verbis
120, de verborum signif. l. 5. § legata, juncta
l. 1. in pr. principio de legatis praestandis. l.
Uxorem 39. § legaverat, de legatis 3. postea
tamen consuetudine Jurisprudentum coepit restringi
Legati nomen. ad speciales sive res singulares
ultimo relictas, non vero ad universalem successionem
coepit pertinere seculo Doctorum, ut post an-
tiquiores docent Cujacius, Gedeus, Rebuffus
in d. l. Verbis. Robertus lib. 2. Sententiarum
Cap. 13. Oswaldus lib. 8. Commentariorum Cap. 1.
quorum sententiam confirmo ex l. 1. § qui
neo, de heredibus instituendis. in l. 5. § [illegible]
portio, juncta l. 7. de legatis praestandis. l. mulier
22. § ult. ad Trebellianum. et placet nobis. in spe-
cie vero legatum, quatenus in nostro tract. usurpatur
ab Imper. Justiniano definitur in § 1. institutionum de [illegible]

legatis donatio quedam a defuncto relicta, ab herede praestanda. quae quidem definitio prius a nobis explicanda et exornanda est, postea vero docendum in qua conveniat et distinguatur a definitione Legati tradita a Iurisconsultis in L. Legatum 116. de legatis 1°. in L. Legatum 36. de legatis 2°. =

N° 6. Dicitur 1°. in Iustinianea Legati definitione Legatum esse donationem, quia legatum semper lucrum et emolumentum afferre debet Legatario bonis scilicet in L. si hereditatem 32. mandati ibi nam legatum acquisitum nunquam illi damno esse potuit. L. 1ª §1. Cod. de imponenda lucrativa descriptione lib. 10. in quo inter alia, Legatum distinguitur ab hereditate quae etiam lucrosa, oneribus multis hereditariis implicatur; L. 1ª 2ª. et 3ª. de bonorum possessionibus. Unde pupillus sine tutore licet possit agnoscere legatum, non tamen hereditatem quantumvis lucrosam, L. si pupillus 9. cum similibus de auctoritate tutorum; nisi repenter heres appareat tanquam suus. Hi difficilis ita interpretandus et conciliandus cum d. L. 9. in L. quidam 10. de rebus dubiis. juncta regula Legis. ubi si plures 10. § filio impuberi de vulgari. de iis juribus videndi sunt Ant. Faber lib. 13. Conjecturarum Cap. 14. Barbosa, in L. quia tale a num° 58. versiculo denique soluto matrimonio quae differentia inter legatum et hereditatem

veritatem non procedit, quo ad lucrantibus descriptionem de qua in si. ... de imponenda lucrantibus descriptione ... 10. quoniam ... ad illam ... haereditas non minus quam legatum lucrantibus causa continet. l. 1. ... lucrantibus. ... favore fisci. quod summe observandum est ab omnibus interpretibus non animadversum =

N. 8. Neque obstat adversus supra d. sententiam obiectum ... in l. imperator ... de legatis 2. ibi legatarium si nihil ex leg. accepit, ex quibus verbis colligitur legatarium aliquid nihil capere ex leg. verum in hac difficultate iam audio vos dicentes, legatarium ibi gravatum fuisse fideicommisso singulari rem legatam restituere ut apparet ex ... verbis ... eam cui debet fideicommissum actionesque suas posse cedere neque ad cogendum solvere. quo casu recte dicitur legatarium nihil ex leg. capere. maxime cum noluit agnoscere legatum, sed actionem suis fideicommissario cedere, quippe qui non solum ab haerede, verum etiam a legatario fideicommissum relinqui potest, probant expressa in l. si fuerit §. l. si legatarius 8. de legatis 3. princ. ... §. 1. institut. de singulis rebus per fideicommissum relictis, quae de regio constituit lex 19. parte 6. quod quidem fideicommissum ita demum debetur a legatario, si ad eum pervenerit legatum. l. fideicommissum 8. de legatis 1. alioquin solum tenebitur actionem cedere fideicommissario

sunto, d. L. imperator de legatis 2°. d. L. 8. de legatis 3°: merito igitur legatarius gravatus restituere per fideicommissum rem legatam, dicitur in d. L. imperator nihil ex legato accipere, quia in effectu propter fideicommissum nihil accipit, neque aliquando accipere potest, et si fideicommissum deficiat, nam fideicommisso relicto, videtur legatario legatum ademptum. bonus et dificilis textus, in L. quidam titulo 96 § ultimo de legatis 1° ibi Cum non etiam per fideicommissum eandem pecuniam adimendi potestatem habeat; quod autem ademptum est, nec datum intelligitur, verba sunt Ulpiani in L. Si ita 14. de legatis 1°. Unde intelligitur summe obscurus textus in L. penultima § matri. de adimendis legatis, Ubi cum matri fuissent 4or praedia praelegata gravata quae proponatur ex eis, duo sorero restituere, deinde codicillis sorero fideicommissum foret ademptum inquit Paulus nihil proponi cur ad matrem pertinerent, ex quibus juribus et rationibus Jani sententiam nerbose defendit Cuj. lib. 2° observationum Capitulo 1.:

N° 9. Haec tamen sententia licet verissima sit quoad interpretationem dictae legis imperator. cum semper certum sit non videri aliquid capere, qui alteri restituturus est. L. aliud est capere 71. de verborum significatione cum similibus tamen non ita id extendi oportet, ut legatarius fideicommisso gravatus nihil capiat, nec capere possit, quasi ademptum perpetuo et non datum censeatur

legatum

Legatum, quod quidem Ota Cuj. Habetur Ex L. si quis filio 17. de legatis 2. L. pater 38. § Tusculanus. alias incipit fideicommissum. Cuius. de legatis 3°. in qq deficiente fideicommissario Legatum apud Legatarium non vero apud Eredem manet, quod idem Eabetur in textu difficili in L. Codicillis 93. in fi. alias est, Lex Lucius § Scebola de legatis 2 Ubi legatario retentio datur rei Legatae qua oratutius erat restituere fideicommisso deficiente, actio vero denegatur ibi speciali ratione, de qua infra agendum est, pro interpretatione illius textus. idem etiam probari potest apertius Ex L. Julianus 60 de legatis 2. ibi quia in fideicommissis potiorem Causam Eabere eum Cuius fides electa fuit Senatus Voluit. praeterea rationibus superior sententia Confirmatur = 1a. nam si Legatario ademptum Conceveretur Legatum propter fideicommissum in d. L. Imperator, Cum similibus, non potuisset Legatarius restituere, quoniam restitui non potest, quod a Legatario non est adquisitum, L. 1. a § sciendum est, de Legatis 3. ibi dum eis datur et dum eis non adimitur. ac per Quequens pugnant Eae inter se, fideicommissum Utiliter relinqui a Legatario, Cui legatum ademptum est, nam sicuti Continent fideicommissum ab Erede a quo minime relictum non fuit, non vero a Legatario a quo relictum proponitur praestabitur Contra Voluntatem defuncti, argumento textus in L. modestinus 19. de adimendis Legatis = 2a, nam si fideicommisso legatum adimitur, nec datum Cencebitur d. L. si ita 14. de Legatis 1°. non potuisset a Legatario fideicommissum

sui relinqui juxta resolu. text. in l. ab eo § ve. de fideicommissis, quod falsum esse apparet ex d. Imperator. § prim. instituta de singulis rebus per fideicommissum relictis =

N. 10. Unde in hac difficultate et Consultorum diversis et invicem pugnantibus orationibus explicandis ultra Cuj. d. lib. 22 observationum. Cap. 1. Verior sententia est legatum non videri ademptum legatario fideicommisso ab eo relicto nisi eo casu, quo fideicommissum valet, ex d. l. Imperator. alioquin deficiente fideicommisso legatarius legatum habebit non vero heres ex juribus traditis pro 2.as opinione. nec obstant tradita et considerata a Cuj. non 1.mo ex d. l. quidam. tit. 90. § ult.o de legatis 1. nam ille text. non procedit in leg.do sed in mortis causa capione, in qua positus in condition. ille scilicet cui ab statu libero prestanda est pecunia non est legatarius nec positus in dispositione, l. siquis sub condition. §. siquis omnissa causa tit., atque ita facilius ademptum intelligitur quod ex dispositione datum non est, sed in conditione. 2. dicendum est verbum illud, adimendi potestatem, de quo in illo text., accipiendum non in vera et propria signif. prout accipitur in tit.o de adimendis legatis, quasi datum non censeatur, sed in effectu, quo non videtur capere qui alteri restituturus est, d. l. aliud est capere. 1. de verborum signif. ut recte animadvertit Illigerus ad Donelum lib. 8. Commentariorum

7 37

rum Cap. 17. Litera B.

N. 11 Maiorem dificultatem habet Lacinosum Scaevolae responsum in d. L. penult. §. 1. Matri, de adimendis Legatis. Cuius dificultatem expressis Ant. Faber lib. 13. Coniecturarum, Cap. 18. probat textum illum, necessario emendandum et legendum negatione habita in fine, ita respondi nihil proponi cur ad matrem non pertinerent. quo nihil certius observasse dicit; at ego qui huiusmodi mutilationes salua jurisprudentia defendi non posse contenao, parum de illis animaduertens; ex fide omnium textuum reprobatas contentus sum, quare Osualdus inter Consultos nostri seculi adeo in arte provectus, ut plura prope solus, quam ceteri omnes contulerint, ut verbis Plinij utar de Apelle loquentis lib. 35. naturalis historiae, Cap. 10, locis. mat lib. 8 Commentariorum, Cap. 17. Litera B. salvis verbis textum illum intelligi posse, non inlegato ademto propter fideicommissum relictum a Legatario, sed potius propter ademptionem fideicommissario factam, quasi coniectura voluntatis apperta sit testatoris, qui cum fideicommissum ademit fideicommissario magis dilecto, Legatum quoque ademptum credendum sit Legatario minus dilecto, sicut heredi ademptum videtur Legatum propter Legatarium quantumuis fidei commissum relictum a Legatario deficiat =

N. 12 Quod si haec interpretatio minus placeat, idem Osualdus, ubi proxime valde

Subtiliter probat textum illum intelligendum Ex generali regula, de qua in l. Cum hi 42. de Legatis 2. in l. si fidei 28. de Legatis 3. in l. Cogi 16. §. hi qui solidum ad Trebellianum, qua habetur, Legatarium incapacem totius Legati propter personam fideicommissarij incapacem fieri, Vnde dubitandi ratio fuit in d. L. penul. §. 1. Vtrum Legatum prædiorum relictum matri Ex parte heredis institutæ Vitiat totum propter fideicommissum ab ea Socero relictum, Siquidem Vt idem Gualdus observat Vltra omnes differentia magna Consideratur inter legatum Vni Ex Heredibus relictum Et prælegatum sive præceptionem, nam Legatum pro parte propria heredis omnino inVtile est, Ex l. quis filialis 17. §. Vlt. Cum l. sequenti, l. filio pater 87. l. quæsitum 91. §. duobus. de Legatis 1. prælegatum Vero sive præceptio pro parte heredis Cui relictum proponitur Valet Et tenet Vt licet ¶ hereditario l. miles 75. §. pro parte de Legatis 2. Vnde Concludit Legatum relictum matri in d. §. 1. fieri Vtile propter fideicommissum ab ea relictum, ita Vt quod inutile omnino Erat, quasi prælegatum, Vtile Censeatur propter fideicommissum, quo quidem ademto viguit Cultus nihil proponi Cur ad matrem ~~parti~~ prædia relicta per fideicommissum pertineant: Scilicet ¶ prælegati Et ita Existimat intelligenda esse illa Verba. an nihilominus Ex prælegati. Eg-

tamen interpretatio Evidenter Confunditur, Ecolo
nam inter legatum, prælegatum, aut præceptionem nulla
differentia est, nam cum omni vno hæredibus institutis
relinquitur solum consistit, sed pro parte Coheredis
legati, pro parte vero propria eius cui relictum
est, hæreditario. d. L. Imlegs. § pro parte
Bonus Sci. in L. hærede 15. de Eis quæ ut
indignis. L. 1. § quæro vno causa, ad Le-
gatorum. L. in 4.mo 91. ad L. falcidiam, ex qua
probatur nullam esse differentiam inter sup. d.
vno d. L. penal. § 1. de adimendis Legatis.
ibi 4or prædia legavit et ibi an nihil
omnibus vno prælego. et cætera.

N.13 quare ultra omnes dicendum Existimo
Certissimam esse regulam d. Legis cum li. 42 de
Legatis 2. cum similibus sup. adductis, nempe
Legatarium incapacem totius legati fieri Capa-
cem propter fideicommissum ab eo relictum, ne in-
Capacitas Legatarii Cedat in damnum fideicom-
missarii, cui testator consultum voluit, unde
Legatum matri relictum hæredi vno parte tempus
propter fideicommissum ab ea relictum totum
Legati Consisteret nisi ademptum foret, Cæterum
fideicommisso adempto Eleganter Scebola
inquit nihil proponi cur prædia a matre per
fideicommissum relicta, ad ipsam pertineant, scilicet
Legati manent tamen apud eam pro parte

Heredetario et pro parte Legati, sicut erant
ante fideicommissum relictum =

N. 14 Ex quo omnibus a nobis in iure
stricte observatis pro interpretatione d. Legis Imp.
de Legatis 2°. cum similibus adductis conciliantur
et interpretantur sequentia summe obscura, et
quae imprudenti non sunt animadversa, 1.mo in L.

L. Lucius 88. §. 1. de Leg. 2. cum L. VI. §. VI. de auro et arg. leg. Conciliata

Lucius 88. §. 1. de Legatis 2. Ubi Titio Omissa
fuit Cura sepeliendi Corpus defuncti et prop=
ter hoc 100.mo accipere, inquit Scevola, si Ti=
tius minus erogaverit, id quod superest Heredis
non vero Legatarij omnino cedere, quod quidem supra
dictis a nobis contra cum maxime adversatur, sen=
tentiam quam cum valde confirmat. Augetur difficul=
tas ex L. Ult.a §. Ult.o de auro et argento leg.to
ubi testator jussit quid erogari in funus et
Corpus sepeliendum, et concludit quod si erogatum
non fuerit apud Legatarium maneat, non vero apud
Heredes. Cum difficultati respondendum est in d.
L. Lucius §. 1. Titium non fuisse legatarium, sed
nudum ministrum ad erogandam summam relictam pro
sepeliendo Cadavere, ut colligitur ex illis
verbis a te pto Lucii Titii et a. et ibi et pro
hoc tot aureos, id est ad hoc tot aureos e me=
dio percipito. Unde quod minus erogaverit apud
Heredem non vero apud Titium nudum ministrum manet,
d. L. siquis Titio 17 de legatis 2. in specie
vero d. Legis Ult.e §. Ult.o Seja Legataria pro=
ponitur in universis ornamentis testatricis, ergo
arbitrio mariti voluit in funus quidem inferre
inquit

inquit Jurisconsultus. Quod si illata non fuerint, maneant apud Sejam Legatariam, non vero apud Heredes. Ex Cujacii sententia, quam ut veriorem contra Cuj. ~~commenta-~~ ~~riorum~~ defendimus. Explicant idem Cuj. lib. 13 responsorum Scaevolae in d. L. Lucius § 1. Petrus Faber in L. in testamentis 12 de regulis juris. Simon de Praetis lib. 5. de interpretatione ultimarum voluntatum dubitatione 2. num. 30. Noster Peralta in d. L. si quis Titio. num. 19. circa finem =

N.º 15. Deinde ex iis quae diximus fideicommissum utiliter relictum a legatario in d. L. Imperator. cum similibus anobis supra adductis, venit interpretandus textus summe difficilis, in L. peculium 65. § Titio de Legatis 2. Ubi Titio Stichus legatus est, et post mortem Titii, libertas eidem servo relicta; inquit Papinianus legatum ab adita haereditate Titio et libertatem post mortem Titii, deberi; nempe quia a Legatario relicta fuit libertas. Secus vero si directe, et ab herede servo legato libertas relicta foret, quia tunc legatum omnino inutile erit ne libertas inutilis redderetur, nam si legatum valeret, non potuisset ab herede servo legatarii libertas dari, quomodo intelligitur textus in L. si post mortem 68. § Si pure, versiculo ult.º de Legatis 1.º Ubi illa ratio. quoniam certum est Titium moriturum. ita interpretanda est, scilicet quoniam certum est Titium moriturum valet legatum servi post mortem Titii relictum, atque ita libertas eidem servo relicta inutilis foret si legatum cum effectu valeret, in quibus verbis perspicua proponitur differentia

inter Casum propositum in d. Vers.° Ofr.° et proposi-
situm in d. § si pure, ita Acc. in d. juribus Dd.
Bartolus et Cabrerus, ... § Jason ... §.
in d. §, si pure, Licet Ant.us faber in Papini-
anea ad ti.tum qq Ex Causis manumittere
et Licet prin.° 6. illat.e §. probaberit apertam
disensionem esse inter Papinianum et Julianum in
d. juribus, neq inuestigandam aliquam Conciliationem.
aliter Cuj. lib. 16. quaestionum Papiniani in
d. L peculium, §. fitio. Gobeanus in L cum
quo §. Verso § . ij qui. Vers. quemadmodum
ad L Falcidiam. qui late agunt de interpretatione
illius Vers.t Cum seq.a d. juribus =

Secunda illatio

Utrum Dominium rei Legatae ignoranti Legatario a morte Testatoris acquiratur.

S.

Secundo infertur Ex Verbo 16
donationis proposito in desp.es Legati, Legatum
ignoranti Legatario acquiri, Licet et inuito.
qua inparte similiter Legatum distinguitur
ab Haeredi.te nam Haereditas neq ignoranti, neq
inuito acquiritur, ne Haeres ignoras aut inui-
tus Oneribus Haereditarijs adstringatur, L 4.
ad.

ad Trebelianum, l. nec emere 10. Cod. de 21 de liberandi, quia semel heres factus non potuisset ab oneribus liberare, l. ait pretor 7. aliasque si sine. ff. § sed quod Papinianus de minoribus l. Cum quasi 30. § sed et si suus. de fidei-commissariis libertatibus. In legato vero ideo contrarium procedit, nam cum donatio sit, numquam potest damnum legatario inferre d. l. si hereditatem 32. mandati, ac per consequens ignoranti acquiritur, l. cum pater 77. § surdo. de legatis 2o. Melior textus, in l. Si partem 19. § 1. quemadmodum servitutes amittantur.

17. Quod adeo verum esse existimant melioris culture interpretes, ut non solum ignoranti legatario, actio personalis pro legato verum etiam dominium et emolumentum rei legati ignoranti acquiratur, ut existimant Antonius Faber in Cod. Conjecturarum cap. 19. et cum eo Mercerus ad Donellum in Comentariorum cap. 18. litera A. quam sententiam fulcitur ex pluribus. 1o ex d. l. si partem 19. § 1. quemadmodum servitutes amittantur. 1. quia scilicet sua esse ceperat. 2o. quia repudiatio legati non potest fieri a pupilo nec tutore sine decreto pretoris, quoniam talis repudiatio alienatio est de re propria pupili, l. magis puto 5. § fundum autem legatum. de rebus eorum. 3o. nam in d. l. cum pater § surdo de legatis 2o. dicitur ignorantibus emolumentum, rei legate adquiri, quod quidem non solum in agendi facultate verum etiam in dominio ejusque rei constat. +

Hæc Ant. faber et Illig.us pro sua sententia ad= derrant neq obstare existimant obscura verba legis filius fami. 16. versi Marcellus, qui test.a facere possunt. ff. personales actiones etiã consentientibus tx.as nã emendanda esse contendunt et legenda. personis tales actiones (id est) furioso ad= quiri legatũ et fideicommissũ. propterea ad etiã compotibus mentis personis tales actiones id est, quæ legatorũ et fideicommissorũ nom. competunt etiã consentientibus adquiruntr, actio= nũ autẽ nom.e in rẽ et in personã actio conti= netr §. actionũ. inst.as de actionibus. l. actionis 37, de obligationibus et actionibus. de actionibus vero personalibus et realibus ideo Marcellũ ser= monẽ instituisse in illis verbis tales actiones quoniã in eo tx.u n. solũ de legato verũ etiã, de fideicommisso consultus loquitr, fideicommissi vero alia ratio est. quã legati. nã fideicommi= ssario nunquã dominiũ quæritr etiã traditi e facta ex causa fideicommissi, nã talis causa in= cognita fuit I. civili, prin.o inst.as de fidei= commissariis hereditatibus, cũ vulgatis, ac per consequens tanquã nuda traditio, n. potest trans= ferre dominiũ l. nunquã nuda 31. de adqui= rendo rerũ dom.o quomodo intelligendus est tx.s summe obscurus in l. 3.a si ususfruc= tus petatr, de cuius conciliat.e cũ l. Lucius Herenius 42. de usuris. videndus est Ant.us faber lib. 7 conjecturarũ cap.e 3. legati vero dominiũ legatario adquiri præter sup.as d.

D. s. a probant l. Legatum 80 de Legatis 2°. l. a Titio 64. in fine de furtis, illustrat plu=ribus idem Ant. faber lib. 6. Coniecturarum Cap. 1. Unde Legatario tanquam domino actio realis, fi=deicommissario vero actio personalis competet.

18 Quod si hec interpretatio mi=nus placeat contra idem ut omnem Lecturam omnium pandectarum dicendum erit, multum absurdum dicere minus vero simile ad magis vero simile. Eo modo si aliquo casu persona=les actiones adquiri possunt ignorantibus, quod mi=nus vero simile videtur, quoniam actio personalis oritur ex negotio gesto. q. magis poterit ignorantibus atque ita infanti et furioso dominium rei Legatae ad=quiri. Cum inter modos adquirendi dominium longe olim unus et precipuus fuerit, qui per 3 fit. Vlpi. in fragm. tit. 19. § 1. et 17. ita ut incorruptam Lite=ram defendat dicti versiculi Marcelus omnibus illigo=rus ratiotinatur ubi proxime =

19 Contrariam tamen sententiam tenent Cuy. lib. 3 obser. Cap 11. et in recitatio=nibus ad d. l. 2 fiuius 16. de tutis. Petrus fa=ber in l. is qui actionem 15. de regulis iuris proqua considerantur tantum ab ipsis interpretibus iis d. ... fiuius vers. scio in explicata a nobis et Marcelus. Verum ex propria penu pro hac opi. sequentia considero. 1° nam fructus rei ad domi=num spectant l. si tibi Como 86. § Cum servus de Legatis 1°. l. Heremius 42 de usuris. Sed fructus rei Legatae non pertinent ad Legatarium.

ante agnitione, sed tantu a temp. litis con=
testatae l. quaesitu 91. § 7.º de legatis 1. l.
12. et 7.º Cod. de usuris et fructibus lega=
torum, a tempore morae si ante litem contestatam mora
contracta fuerit, et ita interpretanda et con=
ciliandae cum proxime adductis in l. 3. in
princ. de usuris, in l. equis 8. et § 9. l.
respondit 14 eodem tit. l. si quis bonorum 23. de
legatis 1. l. si quis servo, 84. de legatis
2. l. is qui 26. de legatis 3. de quibus videndi
ultra Accur. et scribentes ibi. Ant.
Faber lib. 7. Conjecturarum cap. 3. Ergo
rei legatae dominium non transfertur a morte
testatoris in legatarium ignorante. = 2.º nam
si dominium legatario ignoranti statim mortuo
testatore adquireretur, non potuisset amplius domi=
nus fieri l. 3. § ex pluribus de adquirenda
possessione § sed si rem inst. de legatis. § sic
itaque discretis inst. de actionibus. at legata=
rio non quaeritur legatum, nisi post mortem testatoris
id fecerit, per quod solet adquiri legatum l. ei
qui 13. de conditionibus institutionum, scilicet
nisi agnoverit, ergo ante agnitionem non quae=
ritur ei dominium. = 3.º nam legatum eo modo
facit rem legatam legatarii. sicut hereditas
res hereditarias heredis. l. legatum 80. de
legatis 2. at heres non statim fit dominus
ignorans sed post additionem. l. heres quandocumque 54
de adquirenda hered. l. omnia 193 de
regulis iuris ergo idem in legatario dicendum est =

= 4.° nam si Legati Dominium statim adquireretur Legatario nunquam ab eo potuisset repudiari iuxta textus in l. 1.a § de Creditoribus de sena= tusconsulto Edicto, l. 4 Codicis de repudianda hereditate. Legatum enim delatum possumus repudiare argumento legis delata de Verborum significatione: non vero adquisitum. quo= modo Conciliantur glossa in l. Legatum 7. de legatis 1.° ubi Legatum servo delatum potest a Domino repudiari, non vero adquisitum, ut in l. Titia 34. § Lucia Titia de Legatis 2. ut observat Cujacius lib. 3. observationum Capitulo 11. adquisitum enim possumus amittere, non vero repudiare, exornant Plurimi Covarruvias in Capitulo 1. numero 21. de testamentis Antonius Ga= briel lib. 4 Communium opinionum titulo de fideicom= missis Conclusione 4. Noster Joannes Escuniagero lib. Variarum selectarum, Capitulo 3. ex numero 3 usque 5. Antonius Faber in Papinianea titulo 6. Principio § illatione 18. Ergo dominium non statim quaeritur ig= noranti Legatario =

20.

Tandem pro hac sententia Considero expressum Consulti testimonium in l. qui autem 6. in principio juncto § sed et illud. quae in fraudem Creditorum, ubi Edicto illo tenetur, qui in fraudem Creditorum alienavit diminuerit bona sua, non vero qui adquisitionem renuntiabit, unde Edictum in Legati repudiatione locum non habere Con= sultus prostat, Ergo Legati dominium non quaeritur, ignoranti Legatario a morte testatoris, alioquin repudiatio alienatio Censeretur.

21.

quae fundamentis

Sententia

Sententia superiori cuj. et Petri Fabri videtur nec obstare existimant gl. et fundam. contraria. quonia in illis eo sensu legatum legatario adquiri dicitur ignoranti, quia actio statim quaeritur, ac per sequens legatarius qui statim habet actionem ad petendam rem legatam, dicitur rem ipsam habere. arg. legis is qui 15. de regulis juris cum similibus, quod tamen negant An. Faber et Osualdus ubi sup. Ego autem si inter tot gravissimorum interpretum judicia meum interponere licet, pro concordia et certa doctrina juventuti assignanda sequentia statuo 1.mo quod ignorat nemo leviter melioribus doctrinis tinctus post agnitionem legati a legatario factam dominium rei legatae adeo ei adquiri ut a die mortis testatoris (adita haereditate ab haerede) dominus censeatur d. l. a Titio Cornelio. 86. §. cum servus de legatis 1. d. l. Herennius de usuf. quomodo interpretanda sunt quae in d. l. legatum 80 de legatis 2. in l. ei qui 13. de conditionibus institutionum. id quod fictionis retrotractibus admissum fuit, nam si res legata ante agnitionem legatarii haeredis fuisset, non potuisset ab eo abdicari sine ipsius facto. l. id quod nostrum de regulis juris ac perconsequens facultas concessa legandi cum l. 12. tabularum excluderetur omnino, quo sensu adquisitum legatum repudiari nequit, sicut nec haereditas addita, sed omitti d. l. 4. Cod. de repud. vel abs. haereditate. d. l. Titia § Lucia Titia de legatis 2.º ff. an fideicommissi persecutionem adquisita. et ff. nisi evidenter apparuerit omittendi fideicommissi

mini causa sor [illegible] fecisse = L. Cum vero 26. in ... de fideicommissariis Libertatibus. Eorumque Ant. Faber D. fo 6. prim. §. illati 8. et lib. 8. Conjecturarum Cap. 19. et lib. 14. Cap. 10 = Gualdus et Donellus lib. 7 Commentariorum Cap. 10 [illegible] = Q. ante conditione veniroque existimo sententiam Cuj. et Fabri qui existimant dominium rei legatae minime acquiri Legatario [illegible], a morte testatoris, addita etiam haereditate ab haerede, exequuntur Rationibus traditis ab [illegible] pro eorum sententia =

22 Neobstant in contrarium proposita pro [illegible] et Osualdo n. 1. ex L. Si pertem 19. §. ult. quemadmodum servitutes [illegible], ibi quia scilicet [illegible] cessaverat. nam verba illa intelligi posse respectu [illegible] Ex reg. L. Is qui 15 de regulis juris, ibi is qui actionem ad rem habet ipsam rem habere videtur, quo interpretatio [illegible] nam in eo textu agitur de legata servitute [illegible] per fundum testatoris, fundo Legatarii, quo in casu eleganter [illegible] Pomponius, et si addita hereditate testatoris per [illegible] tempus ad committenda servitute, [illegible] Legatarius illi Legatam esse, amittet [illegible], nam tempus quo amittitur [illegible] vero utile est, ac per consequens [illegible] currit [illegible] de bonorum possessionibus, prout Pomponius [illegible], et si intra [illegible] tempus antequam resciret sibi legatam servitutem [illegible]

fundi Venditoris ad Emptorem Via pertineret
si tempore Servit. ea Vinsquerit, quia Vita sci-
licet esse Cesserit; Ut jam nec jus repudiandi
Legatum tibi possit Contingere, Cum ad te fundus
non pertineat, Ex quibus Verbis potius probatur Do-
minium Servitutis legatae vivente Legatario
quaesitum non fuisse sed actionem tantum, alioquin
Si ipsa Servitus legata intelligendus foret
Jurisconsultus, non solum Legatarius non potuisset eam
repudiare postquam fundus alienatus erat
in praejudicium Emptoris. Arg.to legis si ex
9. § si res de jure dotium. L. Liberto 26.
de bonis libertorum, L. id quod nostrum 11. L.
non debet 74. de regulis juris maxime cum
Venditor etsi Voluisset servitutem Viae habere,
habere, non potuisset alienato fundo ad quem Via
legata fuit, quae quidem Servitus fundo debetur,
ac per consequens Emptori, alioquin ei potuisset
petere rem legatam et repudiare eam poterat in
praejudicium tertii, horum et difficilis est ita
interpretandus in l. si fundus 81. § Stichus
de legatis 1.o (ubi observat Cuj. lib. 32.
Quaest. Juliani) Verum etiam non potuisset repu-
diare Servitutem legatam etsi alienatus fundus
non fuisset. Arg.to l. legis 1. § de Cretalis
de Successorio Edicto. legis Titio § Lucia
Titia de legatis 2. Cujus contrarium probat
Pomponius in d. § N.o Ib. Ut jam nec repu-
diandi et a contrario sensu, Cujus argum.
fortissimum esse testatur Jurisconsultus in l. 1. de offic.

Cuius

Cuius =

23. Nec adversus hanc interpretationem obstat, si subtiliter obiicias, textum in d. §. 1.º necessario intelligendum de ipsa servitute, aut eius quasi dominio quesito, non vero tantum de actione alioquin non potuisset ammitti quod quesitum non foret, ex d. l. Titia §. Lucia. cum traditis a nobis l. Titio 96. de condit. et demonstr. quod expresse negat consultus in d. §. 1.º dicens servitutem ammitti per non usum legatarij conruentis, augetur consideratio nam si actio tantum adquisita fuisset legatario servitutis, ad emptorem fundi non potuisset pertinere servitus sine cessione actionis ut not. Bart. in l. 3. pro socio, in l. 1. Cod. quando fiscus vel privatus. Cuius cessionis mentio nulla habetur in d. §. 1. immo nec fieri poterat a legatario qui conruebat servitutem sibi legatam cum fundum alienavit; ut expressis verbis consultus probat in d. §. 1.º. in quibus difficultatibus explicandis, interim dum alia occurrunt, sine luce ex rudimentis iurisprudentiae respondendum esse existimo. Servitutem viae, aut aliam praedialem statim esse quesitam fundo ac fundus est cui adquiri valeat, licet constituta non videatur, donec per patientiam domini praedij servientis, dominus praedij dominantis usus servitute fuerit, l. quamvis de servitutibus, l. 1. §. 1.º de servitutibus rusticorum. melius Bart. in d. l. 1. parte in princ. quemadmodum servitutes ammittantur. Ubi servitus

aquæ ducendæ ante quam rivum fecerit Lega-
tarius nihil Iuris amittit, ubi statuto temp.
la servitute, usus non fuerit, quoniam nullum
iter aquæ fuerit, cui servitus adquiri potui-
sset, contra vero si rivum fecerit, nam ab eo
instanti amittet servitutem si usus
non fuerit statuto temp. Licet nondum consti-
tuta servitus fuerit per patientiam domini
prædij servientis, ex qua doctrinæ explicandæ
sunt et decidendæ ea quæ invicem inter se
ex Labeonis sententia pugnare videntur in
l. Labeo 10. de servitutibus rusticorum cum
prima legis ut juncta inscriptione Labeonis
si servitus vindicetur ita ut servitus aquæ nondum aparentis
recte ostituatur, ita ut aquam quærere et inventam ducere liceat, quamvis
sicut fundus ubi aqua quærenda sit licet nondum
apareat d. l. Labeo 10, nec contrarium probat idem
Labeo in prioribus verbis d. l. 10, sed tantum
aquæ nondum aparentis iter ostitui non posse servitutem
quoniam nisi prius concedatur aqua quærenda frustra
eius iter constituitur, ut recte observat Donelus et
Osualdus lib. 11 commentariorum cap. 10. litera H.
Ergo cum in d. l. siparte [illegible] fundus Legatarij
sit, cui servitus Legata adquiri possit, non expec-
tamus scientiam aut consensum Legatarij, ac per
consequens ammittitur per non usum Legatarij servitus
quæ fundo adquisita fuit, quomodo ille fidei inter-
pretandus est, ultra interpretationem eius ubi supra

Non obstat 2.m fundamentum 4
adductum ex l. magis §. et fundum ante de rebus
eorum

torum, pro cujus certa cognit.e sciendum est, valde controversum esse inter melioris doctrinae doctores, et quod magis inter juris consultos, utrum scilicet alienatio inducatur, non solum cum dominium quaesitum in alium transfertur, verum etiam cum quis non adquirit, quod potuit, nam pro parte affirmativa quod alienatio sit adquisitionem ommittere, sequentia quadrantur. 1.mo consulti testimonium in d. l. 5. § fundum, ubi repudiatio legati fundi alienationem continet, idem probant text. in l. in fraudem 45. de jure fisci, et a contr. text. in l. 2.a § sed utrique de hered.s et actio. vendita, in l. 1.a § penul.o si quis ommissa causa test.i = Contraria vero sententia probatur, ex l. qui autem 6. in princ. et § proinde et § sed et illud, quae in fraudem creditorum, l. cum quidam 10, de jure fisci. l. 1.a § utrum, si quid in fraudem patroni, l. si sponsus 5. § si maritus de donationibus inter, l. 1.a § confertur 23. de collat.s bonorum. l. alienationis 28. de V. S. l. non fraudatur 134. de regulis juris. l. ult. Co.s de rebus alienis, de.s [illegible] sipicio ex cap.o cum apostolica ad finem versi in alienat.s de his quae fiunt a prelato, cap.s sine [illegible] 12 q.s 2.

§ Qua in difficultate interpretanda et conciliandis juribus sup.a [illegible] varia sunt interpretum judicia, alii enim existimant distinguendum esse inter creditores et fiscum, ita ut in fraudem creditorum non videatur alienare, qui legatum haereditatem repudiavit, aut quid aliud non quaesivit d. l. qui autem, l. non fraudantur de regulis juris, et idem in fabiana act.s procedere respectu alienationis liberti in fraudem patroni, probat text. in d. l.

1.a

1.a ... Utrum si quid in fraudem patroni. in fisco vero contrarium procedere scilicet ut repudiatio legati ante condemnationem rei accusati alienatio non sit ex d. l. cum quidam 12 de jure fisci; nisi post condemnationem facta proponatur, quomodo existimant interpretandum esse textum in d. l. in fraudem eodem tit.o et conciliandum cum d. l. cum quidam, ita Gregorius Lopez in l. 12. glossa verbo engañosa m. tit.o 10. parte 5. ubi asserit ita pronuntiatum fuisse in quadam lite in Supremo Regis Consilio, quam sententiam pluribus illustrat, et tandem improbat pluribus Pater Thomas Sanchez lib. 6. de matrim. disputat. 4 ex num.o 8. ubi in praelato ecclesiae et monasterii, affirmat repudiationem legati vel haereditatis factam ab illis sine debita juris solemnitate validam esse, cum alienationem non contineat, ex d. cap. apostolica et d. cap. sine exceptione licet tantundem teneatur ecclesiae vel monasterio restituere tam in foro interno, quam externo quod sine causa repudiavit, arg.to text. in cap. quicunque 12 q. 4. ibi si neglectu laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit restituet, quam rem prosequitur eleganter ibi. a num.o 14. neque obstare inquit text. in d. l. magis puto vers.o fundum, nam procedere specialiter in pupillo qui bonorum administrationem non habet, secus in praelato qui administrationem bonorum ecclesiae vel monasterii exercet, existimat. = Ex tamen sententia facile convincitur solo, nam sicut pupillus non habet administrationem bonorum sine debita

jur...

juris solemni de qua in tit.º de reb. eorum, ita
nec praelatus sine solemni de qua in titulis
de his quae fiunt a praelatis et de reb. ecclesiae
Q.6 Quare ommissis his aliis
interpretamentis traditis et illustratis a Decio
Cons. 445. num. 65. Nelo in tractatu Vanitorum
1.ª secundi temporis q. 30. Aillo Fernandez in
L. 4. Tauri, a num. 62. Abendaño ibi Glossa
7. num. 6. Thomas Sanchez d. disputat.e 4.
ex num. 18. Pelaez de majoratu 4. p. q. 23.
ex num. 45. ex nris scolasticis Sedeus in d.
L. alienationis ff. C. S. num. 21. existimat
item in d. L. majis § fundum intelligendum in legato
vindicationis, in quo existimat statim dominium
in legatarium transire, etiam ante agnitionem, ac per
sequens repudiationem eius alienationem esse, quod
idem affirmat Ant.us Faber in papinianeo tit.º 12
princ.º 6. illat.e 59. Haec tamen interpretatio minime
substineri potest, licet communiter in his scolis tra=
atur, convincitur enim ex sequentibus = 1º nam in d.
§ fundum, nullum verbum reperitur legati vindicatio=
nis, atque ita manifesto dari ariolationis vitio la=
borat superior sententia. 2º quia etiam in legato
vindicationis quam damnationis, et caeteris certissi=
mum juris principium est repudiationem facere ut res
legata numquam legatarij esse censeatur L. si tibi
homo 86. § cum senius de legatis 1º. ergo in om=
ni genere legati certum est repudiationem non esse ali=
enatione, cum diminutione patrimonij ac per sequens
in nullo legato dominium ignoranti legatario ad=
quiritur; tandem adversus supra d. communem sententiam

Videro Expressum Iuliani testimonium in l. si pure §. 1. & sitius de legatis 1. qui tres loquitur in leg.do vindicationis, Ut colligitur Ex illis verbis: 6. Sticum seyis vindicauit. Ut tamen legatario Et Eredi ipsius jus repudiandi legatum, n. denegatur, Ut colligitur a contrario sensu. ibi. Et Eres Filij legatum n. repudiauit, Ergo nec in leg.do vindicationis verum est dicere Dominium adquiri ignoranti legatario, ante agnitionem, arg.to Tex. in d. l. 1. & decretales de Subceroris edicto, Cum supra adductis. =

Nec obstant qua ab interpretibus relatis Et preceptoribus Cuius scola Viderantur pro supra d. sententia. 1.mo Ex l. si is Cui 19. de legatis 2. Cum similibus, Ubi legatario per Vindicationem actio in rem datur, qua n. nisi Dno Conceditur, l. in rem, l. officium de rei vindicatione Cum pluribus Exornatis in proposito a Duareno lib. 2. disputationum Cap. 14. Ant.o fabro lib. 6. Conjecturarum Cap. 1. Nostro Don Joanne del Castillo de Usufructu Cap. 9. nu. 11. 2.mo fundamentum Cuius doctrina desumitur Ex l. a titio 64. de furtis. l. legatum 80 in pr. de legatis 2 in qq. probari Videtur dominium rei legata legatario ignoranti adquiri, n. inquam obstant, nam hac omnia intelligenda esse post agnitionem legati a legatario factam Expressam, vel tacitam, inducta Ex petitione legati, colligitur Ex Verbis Consultorum in d. iuribus, in d. l. si is Cui. ibi Cum Sticum Sibi legatum putaret Vindicaberit in d. l. a titio. ibi Si adita Ereditate Sejus ad se legatum pertinere Voluerit. in d. l. legatum ibi Et legatarius

rius n repudiabit defuncti voluntatem. quo in casu acquisito leg.o a mortis temp. legatarius dominus censetur. d. l. a titio eme. § cum servus de lega- tis 1. d. l. legatum de legatis 2.o =

28 Nec obstat legatarium non solum actionem personalem verum realem competere cum per vindicationem legatum relictum est, ex d. juribus nam respondendum est in leg.to vindicationis et per sinendi modum relicto legatario actionem in personam et in rem competere pro consequendo leg.to ea ratione quia in exordio ipsius petitionis legati acquisitio servatur et legatarius per cognitionem dominus conceditur retro a temp.re mortis testatoris d. § cum servus, d. l. legatum d. l. a titio, ac perconsequens actio in rem legatario conceditur, arg.to d. legis in rem et legis officium de rei vindicatione et datur etiam et personalis ex tit.o nam heres adeundo, quasi contraxit cum legatarijs. § heres inst. de obligationibus quae ex quasi contractu, quippe quia actiones personales et reales sunt contrariae in exercitio, non vero in origine, atq ita legatarius per vindicationem et sinendi modum habet personalem et realem contrariam tantum exercere potest, l. cum filius 76. § varijs de legatis 2. l. quod in herede 9. § eligere de tributoria acti. l. eiusmodi 84. § 10 de legatis 1.o sic Accursius ita interpretandus cum Ant.o fabro. ib. et antiquioribus in l. metum 9. § volenti quod metus causa, et feliciter exemplo eius qui rem deposuit, nam tanquam dominus pro deposito consequenda actionem in rem habet. l. deposui 36.

de peculio, l. penult. ff. deposit. et similiter actio=
ne personali ex contractu depositi l. 1. ff. illo
tit. in leg. vero damnationis ante justi. ut
in §. 1. ex omnia de legatis, actio persona=
lis concedebatur tantum, quoniam tale legatum ex
voluntate testatoris verbis ejus expressa dandum
erat ab herede d. l. et ibi cum 19. in ff. parte
de legatis q. 2. exornat cum pluribus Osvaldus lib.
8. commentariorum. cap. 36. =

Igitur in hoc difficili 29
articulo ea statuenda doctrina tenenda et de=
fendenda repudiationem legati cujuscunque generis
sit non esse alienationem, nam alienatio est actus
per quem de uno in alium dominium transfertur cum di=
minutione patrimonii d. l. quid autem quae in frau=
dem creditorum l. ultima C. de rebus alienis
cum similibus traditis sup. pro secunda opinio=
ne obstant contrariae sententiae n. 1. in ex
d. l. majus. §. fundum de rebus eorum, nam pro cujus
explicatione sciendum est 2.do communem sententiam et
actiones inter immobilia bona judicanda cum pro rebus
immobilibus competunt, ut probari potest arg. text.
in l. 2. §. et earum. l. ubi autem. 15. ff. verborum
in l. si cum. §. ult. si quis cautionibus. unde actio
quae ad rem mobilem competit, tanquam mobilis, quae vero
ad rem soli ~~in~~ tanquam immobilis praescribitur. §. 1.
vers. et ideo. inst. de usucapi. facit text. in l.
corruptionem §. ubi glossa verbo excludere C. de usu=
fructu, cumulant plura antiquiores scribentes
in l. a divo Pio. §. in venditione ff. de re judicata

Cira=

Fraguellus de retractu lignagier. § 7. a princ. Pinelus in Rubrica Cod. de bonis maternis 1 p. … nu. 24. Abendanus de Censibus cap. 56 ex nu. 14 cum sequentibus. Ubi inter alia animadvertit ibi sup. d. communem sententiam maxime vera esse respectu prohibitionis alienationis rerum ecclesiae et minorum, ita ut quod prohibitum est in alie. rei immobilis minoris sine solemnitatibus orationis, de qua in tit. de rebus eorum, similiter locum habeat in prohibita alien. actionis ad rem immobilem, quae minori competit pro qua parte cooperit bona … in L. si ad resolvendam 7. C. de praediis minorum. Ubi Glossa ut … in L. 1. C. si adversus transactionem. Ubi Glossa verbo veris exornat Pinelus ubi sup. nu. 34. Unde cum in d. § fundum minori legatario stati a tempore mortis quaesita fuisset actio pro fundo legato consequendo, merito repudiatio legati sine solemni. prohibita est, quia repudi. alienat actionem ad fundum legatum consequendum, ac per consequens rem immobilem alienare videtur. Et ita ultra omnes quos viderim exquisitissimo interpretandum venit textus in d. § … fundum. Licet aliter exquisite … ad Antonium Fabrum lib. 1. tract. 9. q. 1. Osualdus lib. 23. Commentariorum cap. 11. litera C. Licet ad praxim, census constitui non possit super actionibus quae competunt etiam pro re immobili, quoniam ad census constitutionem non solum requiritur quod res obligata sit immobilis, verum etiam fructifera in fructibus et pensionibus, ut probat eleganter Abendanus d. cap. 56 ex nu. 14.

38 Quod si subtiliter adversus supra d. interpretationem urgeas ex d. L. qui autem in princ. ff. § si fundum quae in fraudem creditorum cum similibus ubi non alienat qui non acquirit, ac per consequens

repudiatio Legati facta a debitore qui solvendo non est, non revocatur tanquam alienatio in fraudem Creditorum facta; Cum tamen actio quaesita fuerit debitori Legatario. Ultra sup.ra d. respondeo debitorem non esse obligatum Creditoribus acquirere, sed acquisita non deminuere. alioquin sequeretur maximum absurdum, nempe quod Legatum invito legatario adquireretur, si debitor legatarius propter Creditores compelleretur legatum agnoscere, quod quidem nemo ex interpretibus ausus fuit affirmare, nam cum legatum donatio sit, invito non confertur; quippe qui ex edicto de quo in tit.o quae in fraudem Creditorum revocantur alienata in fraudem Creditorum, debitor vero qui Legatum repudiat [illegible] suo utens, nemini injuriam aut fraudem facere videtur, l. nemo. 151. de regulis juris, facultas enim agnoscendi Legatum non est in bonis nostris l. profectitia §. § si pater vero sed si legatum de [illegible] dotis. l. 1. § confertur autem de collat.ne bonorum. l. substitutio 42. de adquirendo rerum dom.o quod quidem exemplo confirmatur, nam licet in suis Haeredibus dominii continuatio [illegible] sit, etiam absque aditione, abstentio tamen suis Haeredibus concessa fraudulenta non censetur l. §. eo [illegible] de reborandis [illegible] quae in fraudem Creditorum. Licet enim ut sup.ra diximus Legatum retro Legatarii esse censetur a morte testatoris post agnitionem, cum tamen repudiatur nunquam legatarii fuisse videtur. l. 1. §. Utrum autem si quid in fraudem patroni, quod maxime in edicto quae in fraudem Creditorum, tanquam poenali procedit in pupillo vero [illegible] omnia locum non habent, cuius favore introductum est, ut actio quaesita pro fundo [illegible] Legato non possit alienari, repudiato Leg.to absque solemn.tatibus orationis. de qua in tit.o de rebus eorum.

ne

ne facilitate sua pupillus lucrum amittat, et insinuat in terminis Petrus faber in l. generaliter 78. de regulis juris.

31 — Verum adhuc salua res non extat obstat enim aduersum supra d. interpretationem et distinctionem 1° tex. in l. in fraude 45. de jure fisci, ubi in poenalibus et odiosis non solum in fraude fisci alienare dicitur, qui diminuit patrimonium suum verum etiam qui non acquirit. Ergo non solum in fauorabilibus verum etiam in odiosis et poenalibus alienatio indicitur repudiatio legati = qua in difficultate ponenda et conciliand. cum l. cum quidam 26. eod. tit. Cumulant plura Peregrinus lib. 5. de jure fisci, tit. 1. ex num. 183. cuj. lib. 8. obseruationum cap. 9. cum cumulatis a Genua seu conciliatam ad d. l. in fraude. Osual. d. lib. 23. cap. 11. littera D. facrine. lib. 13 controuersiarum cap. 46. Aynea Roberto lib. 3 rerum judicatarum cap. 12. Ommissis tamen pluribus interpretamentis traditis ab eis DD. dicendum esse exitimo. et valde obseruandum est multum interesse inter repudiationem legati et aliam actionem ex contractu, malefitio etc. aut similem ommissam, nam siquis actionem quam habet remissit vel se in lite vinci passus est vel eius etc. vel sindauit obtinere cum potuisset, vel si passus fuerit actionis diem addire videtur diminuisse de patrimonio suo et alienasse actionem quam in bonis habebat, verba sunt consultine in l. 1. § quid si in lite siquid in fraude patroni, quomodo interpretandus est tex. in d. l. in fraude. ubi sinon quaeratur. et non solum in patrono et fisco locum habet et in d. juribus verum etiam

respectu Creditorum bonus et expressus text. in l. 8. § 1. quae in fraudem Creditorum. quam partem distinctionis agnoscunt Ant. faber in d. l. generaliter de regulis juris. Nicolaus Bald. de reb. dubijs tract. 12. Osualdus d. cap. lit. D. Cum vero repudiatur hereditas vel legatum repudiatio illa non est alienatio, quia nec vel diminuit de patrimonio suo qui repudiat, nec respectu actionis, nam repudiatum legatum nunquam legatarij fuisse creditur, neque ei relictum d. l. 1. § utrum si quid in fraude patroni. l. quaedam 15. de rebus dubijs. l. qui res 98. § rem autem de solutionibus, et quidem in fisco similiter expressum exstat in l. cum quidam 26. de jure fisci, ita interpretanda et conciliando cum d. l. in fraudem. ultra omnes interpretes supra relatos, quae quidem interpretatio suadetur ex eo, nam omnia supra quae probatur, actiones non esse in patrimonio vel in bonis nostris procedunt in actionibus pro hereditate vel legato exequendo ut videre licet ex l. pretia rerum 63. versi. sed neque heredem ad legem falcidiam. l. profectitia 5. § si pater versi. sed et si legatum de jure dotium. l. 1. § censentur 23. de collatione bonorum, l. substitutio 42. de adquirendo rerum domin. l. si sponsus 5. § si maritus cum sequenti, de donationibus inter =

Verum adversus utrumque membrum superioris interpretationis et distinctionis ultra omnes expendo duo jura summe obscura et observanda. 1.^m textum in l. 1. § sed si 8.° si quid in fraudem patroni. ubi si libertus querelam inofficiosi quam potuit vel quam aliam forte ~~inj~~ injuriarum vel similem actionem noluerit instituere non potest patronus ob eam rem fabiana experiri. Ergo non solum in ecclesiastico legato repudiato omnissa

Verum neq in alia, alienatio f. Fraus reperitur. qua in difficultate Ubi nulla vestigia sunt interpretatum Ex principiis jurisprudentiae dicendum est Legem illam providere specialiter in actionibus injuriarum, et inofficiosi testamenti, ut similibus quae vindictam potius quam pecuniae persecutionem habeant, veluti de moribus mariti donatarij et liberti, namque illarum actionum natura est ut dissimulatione abolitae quasi nunquam originem habuissent l. Papinianus 8. § si quis post rem l. neque enim 15. § 1. de inoff. testo l. 1. C. de inimicorum restitut. inofficiosi enim testamenti querela similis est actioni injuriarum d. l. Papinianus 8. in prin. l. filius 25. de inoff. testo. quae vero hic omnes actiones vindictae potius et doloris quam pecuniae persecutionem habent, tametsi lis pecuniariter existimetur l. 2. § Emancipatus de Collat. bonorum merito actio injuriarum inofficiosi testi et similes in bonis non sunt ante litem contestatam l. injuriarum 28. § de injurijs § ita nihil alienat, qui lucra actiones noluit instituere, quomodo intelligitur recte textus in d. l. 1. § sed et si. si quid in fraudem patroni, observat eleganter Cuj. lib. 15 observationum Cap. 3. =

33\. Secundo adversus

Item partem superioris definitionis expendo Africani difficile responsum in l. Liberto 26. de bonis libertorum Ubi repudiatio legati non attenditur, sed post repudiationem adhuc in bonis legatum habetur. Ergo falso dicimus Legatum repudiatum retro nunquam legatarij fuisse credendum = Cuius difficultatis pondere oppressus Faccineus lib. 6. Controversiarum Cap. 86. existimat repudiationem legati factam ab herede legatarij non valere in praejudicium tertij, atque ita repudiationem factam ab herede liberti legatarij in praejudicium patroni non valere vid. l. liberto, qua sententia ante facti.

Amplexus fuit Albericus in l. qui autem. que
in fraudem Creditorum. Et cum distinct.e Celsus Bar-
galius in tract.u de dolo lib. 5. cap. 4 ex num. 55.
quorum Sententia Convincitur ex l. si fundum 81. §.
Si Titius ff. de Legatis 1. Cum alijs Doctis. ab Aguis-
fordeguero lib. 1. tract.u 9. q. 2 et 3. quare pro vera
interpretati.e sciendum est textum illum intelligendum a.m
temp.e Legis Papiae. Cuius quidem Seculo ita demum
Patronus admittebatur ad Subcessionem liberti testati et
intestati, etiam relictis duobus filijs a Liberto, Cum
quo pro Virili port.e Patronus admittebatur, Si libertus
Centenarius in bonis decederet tantum Cum hinc, Ex-
cludebatur tribus filijs. a Liberto relictis § 1. inst.a
de Subcess.e Libertorum, sed ita intelligendus in l.
Si libertus 16. de jur.e patronatus, notat Ricardus
in d. § 1. num. M.o Unde questio jurisconsulti in d.
l. Liberto fuit. Cum libertus octogenita haberet in bo-
nis. fundus Extimati.e 40.a legatus fuit, post diem
legati cedentem decessit libertus, ante agnitionem
queritur Si heres liberti forsan filius institutus re-
pudiaberit legatum an nihilominus Patronus ad-
mittatur Pro Virili port.e Cum filio Et asserit Consultus
admittendum, quoniam Centenarius in patrimonio prop-
ter legatum decedere Videtur libertus, neque obstat quod he-
res Extraneus institutus vel filius repudiaberit legatum quia
adhuc Credendum est Centenarium decedere Voluisse liber-
tum ut Patronus ad Subcessionem admittatur, et quidem ex
eo Colligitur, nam Cum libertus mortuus proponatur, in d. l.
Liberto, post diem legati cedentem nec repudiasse legatum
presumendum est in dubio, noluisse repudiare et quia
nemo jactare Lucrum presumitur, l. cum de indebito ff. de
probationibus et quia non est presumendum Voluisse Patro-
num Excludere a Subcessi.e a quo maiorum beneficium
libertatis accepit, ac per Consequens Centenarius deca-

dens Libertus Patronus ex L. Papia pro Virili porte Cum herede Subcessit, et adideo non procedit ex d. L. Si fundum § Titius de legatis 1. quia Legatarius Cum decessit ignorabat Legatum Sibi relictum fuisse ut Colligitur ex Verbis Iurisconsulti, et ideo presumptio ignorandi Legatum in eo locum non habet =

34 Diximus plura Satis observatione digna Circa explicationem d. Legis magis S. § fundum de rebus eorum. Superest nunc explicare quod in eo textu non observatur summe difficile maxime Ultra nostram definitionem, nam si verum est Legatum donationem et liberalitatem esse, ac per consequens, numquam damnum irrogare posse legatario L. Si hereditatem mandati, Superflua videtur pretoris autoritas in Legato fundo repudiando a Pupilo, quam quidem autoritatem necessariam esse Cultius probat in d. § fundum, Sed respondendum est, orat. Imperatoris Severi, de qua in tit. de rebus eorum Cauptum esse, ne bona immobilia minorum Sine decreto pretoris alienentur, quae quidem autoritas et decretum iudicis maxime necessarium est, Ubi magis periculum lesionis minoris in alienatione reperitur, quapropter Cum in legato fundo pupilo magis evidens Utilitas ~~...~~ cuius Sit in agnoscendo Cum numquam damnosum possit esse Legatum merito hic magis necessaria est autoritas pretoris ne repudietur Utile legatum a minore et cuius facilitate Commodo Legati fraudetur. et ita intelligendus est ille textus =

35 Non obstant Ultima fundamenta pro fabro a nobis adducta non illud quod deducitur ex L. Cum pater 77. § Surdo de legatis 2°. ubi quam ignorantibus emolumentum eo ipso queritur. nam Verba illa Cum Cuy. et nostra Sententia intelligenda Sunt respectu actionis adquisitae Legatario ignoranti pro legato consequendo nam ex regula iuris, qui actionem ad rem habet. ipsam rem

Habere videtur. L. is qui 1 §. de regulis juris, quo sensu intell. § Surdo dicitur emolumentum quæri ignorantibus legatariis ex illo ═

Tandem non obstat text. in L. filius 16. §. Marcellus. de tut. nam omnissa emendatione, quam a nobis sup. dicendum est, textum illum perspicue procedere in act. quæ legis ministerio ignoranti legatario quæritur, non tamen in dominio, quod ante agnitionem curatoris furioso non quæritur, quia quod natura furioso negat, consensum juris supplet authoritas. Ut eleganter ait Emanuel lib. 3 commentariorum cap. 1. num. 14 quæ sententia fulcitur ex illis verbis d. legis filius. Veri. Marcellus ubi personales actiones etiam ignorantibus acquiruntur; scilicet quæ pro legatis competunt, de quibus potius quam de realibus mentionem fecit, quia in personalibus major dubitandi ratio reperitur, cum ex negotio gesto oriantur. 34.

Sequitur;

Sequitr illatio 3.a de diuissi Legati relicti et donationis facte Seruo Communi ab Vno ex Dominis

N. 1. Ex Verbo Iustinianes definitionis Legati. ibi. Legatum est donatio. &c. proxime adductis, circa cuius explicationem, vnfero. ad nullus alius (cuicunque) fuit animaduersus in presenti; Vtrum scilicet legatum Seruo Communi, ab Vno ex dominis diuidatr inter eos, sicut donatio facta Seruo Communi, ab Vno ex Dnis diuiditr; qua in re Iurisconsultus in L. Verum 63. § Si Seruo Comuni, pro socio, affirmat Iulianum dixisse Sextum. et Pomponium referre Sabinum respondere. Si Seruus Comuni Legatum sine libertate Vnus ex Dnis reliquit, hoc ad Solum Socium pertinere, nec cum herede Socij relinquentis Comunicandum, quoniam non ob Comunionem (quomodo necessarium est Vt pro Socio iudicio Comunicari debeat) hoc adquisitum est, sed ob sua parte. ad idem affirmat Paulus in L. Plaucius 49. ad L. falcidiam. ibi Comuni autem Seruo cum legatum sit totum pertinere ad Socium. ex qua summe dificilis definitio vita redditr, nam si legatum est donatio, cum ab Vno ex Dnis Seruo Comuni donatr, prout alieno Seruo donari solet, donatum Comunicatr inter ipsum Socium qui donauit et alterum. expressus txi in L. per Seruum 37. § 1. de acquirendo rerum dominio, ad idem in stipulatione facta ab Vno ex Dnis Seruo Comuni, testatur idem Ilpi. in L. proinde 7. § Si Seruus Comunis

An legatum Seruo Comuni, sicut donatio facta ab Vno ex Dnis, inter eos diuiditr, diuidatr.

De stipulat. Servorum; deinde nam Legatum a non adita hæredi dominium constituit legatarium retro a temp. mortis l. Si tibi homo 86. § Cum servus de legatis 1. l. Legatum 80 de legatis 2. Ergo debuit legatum acquiri non solum socio superstiti, verum etiam hæreditati jacenti, et per eam hæredi futuro domini relinquentis legatum =

Quam difficultate componenda et conciliandis jurisconsultorum responsis relatis, multa credidere interpretes. Communis sententia antiquorum est, legatum relictum et donationem factam servo communi ab uno ex dominis, dividendam esse inter socios domini legantis et eius qui donationem fecit. ita ut domino qui legavit et donavit nihil acquiratur; quomodo et affirmant intelligenda esse verba illa d. legis per servum 37. § 1 de adquirendo rerum dominio: fiet sociorum communis pro portionibus quam in servo habebunt. quam sententiam post Acc. in d. l. verum 63. § Si servo communi. Non solum et antiquiores. probat Donellus lib. 6 commentariorum cap. 6. illa ratione quia quod domini legantis aut donantis est, amplius eius fieri non potest. § Si itaque discretis inst. de actionibus. l. 3. § n. ut ex pluribus, de acqu. poss. atque ita secundum hanc interpretationem par conditio est legati et donationis in supradicta specie, et quæ relata non solum contraria inter se non sunt, verum etiam consulti eandem tenent sententiam =

Hæc tamen interpretatio minime sustineri potest, nam verba illa d. legis per servum § 1. fiet sociorum communis, evincunt manifeste omnium sociorum commune fieri etiam donatoris, cum certum sit, acquisitum a servo communi inter omnes socios dominos adquiri. § penult. inst. de stipul. servorum. nec refragatur, quod a Donelo proxime consideratur ex regula d. §. Si itaque discretis, nam respondendum est non esse necessarium ad omni=

nientiae donationis Servo Comuni ab uno ex dominis factae inter omnes Socios, ed pars aliqua acquiratur domino qui donavit, sed sufficit, si pars illa apud dominum qui donavit remaneat, et ceterae reliquis sociis adquirantur. Ut recte consideravit Cavalcanus decisione [illegible] (Contra Dominium) ad fabrum lib. 3. tract. tit. 5. § 9 [illegible] quam sententiam nullus juris dissolvit. Confirmat, pro ea tamen ex Cordubensi Expressum [illegible] in d. l. proinde § Si Servus Communis de stip. Servorum [illegible] reliquas partes [illegible] ceteris sociis praeter eam partem, ex qua promissor domini esset acquireret. Ex ea [illegible] colligitur donatum [illegible] adquisitum adquiri aliis sociis partem vero propriam manere apud dominum qui donavit. Ex quo etiam satis colligitur rem donatam Servo Communi ab uno ex dominis Communem fieri omnium Sociorum etiam eius qui donavit =

4 Quare magis placet interpretatio 1a Accursii in d. l. Verum versic. Si Servus Communis verbo Solum, quam sequuntur Gobeanus in d. l. Plautius ad legem falcidiam. Vortius Stefanius in d. l. per Servum § 1. ex num. 4. cum sequentibus de adquirendo rerum dominio qui quidem distinctionis ceteris supra d. l. conciliandae esse existimant, videlicet multum referre inter legatum relictum Servo Communi ab uno ex dominis et donationem factam, nam legatum solum superstiti domino acquiritur, quia ut ait [illegible] in d. l. Plautius in ea persona tantum legatum consistere potest, quae ratio ita explicanda est, nempe natura legati esse ut in diem mortis protrahatur et oferatur, agnitum que retro a tempore mortis legatariis fuisse censeatur. l. 1. § Verum si quid in fraudem patroni, cum similibus, unde cum tempore mortis testatoris in eo instanti non sit nisi superstes Socius dominus Servi, cui relictum acquiri valeat, totum quaeritur ei, nihil autem defuncto domino neque heredi, cum in eo instanti mortis defuncti domini heres non fuisset quomodo existimant procedere supra d. l. plautius et in d. l. Verum § Si Servo Communi. Contrarium vero dicen=

dissimilitudo inter legatum et donationem factam Servo Communi ab uno ex dominis.

dum esse in donatione stipul. servi communi ab uno
ex dominis facta, quia cum donatio stipulatio praesentem
habeat effectum l. si servus 26. de stipul. servorum,
l. quis legata de regulis juris et per totum tit. de dona=
tionibus. merito cum eo tempore quo donatio effectum sor=
titur, servus communis reperiatur cuius domini qui donavit
et aliorum sociorum res ita donata omnium sit communis,
quemadmodum existimant intelligenda l. unde l. per ser=
vum 87. § 1 et d. l. proinde § si servus commu=
nis de stipul. servorum =

Haec tamen sententia quae ab om= 5
nibus praeceptoribus recepta est ex eo difficilis redditur quo=
niam licet legatum protrahatur in tempus mortis et agnitum
retro ab instanti mortis legantis legatarii fuisse creditur
hoc omnia locum habent post aditam ab haerede haereditatem
alioquin inutile foret legatum l. si nemo de testamentaria
tutela. Addita vero haereditate retro similiter dominus videtur
haeres a momento mortis defuncti l. haeres quandoque
de acquir. haered. ergo sic eo tempore erat pars hae=
reditatis legantis a quo pars legati retineri potuisset,
deinde nam et si haeres non fuisset, erat tamen haereditas
jacens, per quam retineri poterat illa portio, et per eam
haerede futuro. argumento legis in l. non minus 31. § 1° de hae=
redibus instituendis. l. si id quod pro emptore de usucapi=
onibus. nam haereditatem in quadam vice personae fungi re=
ceptum est. Juvatur difficultas nam si legatum donatio
est, nulla differentia constituenda videtur inter legatum
et donationem in supra d. specie =

Quibus difficultatibus ex 6
jurisprudentiae reconditis principiis responderi posse
existimo, nempe certissimum juris firmamentum esse,
per haereditarium servum haereditatem nec aliud quid quod ejus=
dem haereditatis sit acquiri minime posse: propter
obscuram. in l. haeres 43. de acquir. haered. in l. per
haereditarium 18. de acquir. rerum domin. in l. 1 § ve=
teres de acquir. possessione. de quibus omnibus et totam mate=
riam et de certa specie proponenda videndi sunt cum.

ff. 24 observa. Cap. 10. Ant. Fabrus in d. l. per hereditarium. Donellus in 50. 9. Comment. Cap. 6. Osualdus ad eundem litera H. V. noua. Et singulare proponit Ferrar. ad eumd. d. l. Unde cum heredi futuro per hereditatem non possit adquiri, quod antea hereditati jacenti quaesitum non fuit, cum prius sit quod defuncto, seu hereditati jacenti acquisitum proponatur, quam heredi futuro, sequitur evidenter, quod legatum relictum uni ex duobus domini servo communi, eo contemporis mortis non potuisse per servum hereditarium acquiri, eo d. ius. Junxa nam inter acquirentem et rem acquisitam debet esse diversitas, quod superstiti tantum domino socio defuncti, in solidum legatum acquiratur d. l. servum § si servo communi, d. l. Cum Tributius ad legem Falcidiam =

Nec obstat legatum donationem esse, ac per consequens nullam differentiam statuendam esse in supra d. specie inter legatum et donationem, quod quidem similiter Florentinus significat in sua definitione legati, de qua in l. Legatum 116. de legatis 1. ubi ait quod Collatum velit. Differre enim aliquid donare est. l. proxime 50. de ritu nupt. l. sequens 68. l. Titia 87. § Lucius Titius de legatis 2. l. 13. § filium de administrat. rerum ad civitatem pertinentium, unde Callistratus in l. Cum non facile 6. sicut plus quam per Falcidiam legatum liberalitatem appellat, et apud Graecos DD. legati nullum aliud nomen est nisi donum nuncupare relictum, ut ... Dione notavit Cuj. in l. legatum 36. de legatis 2. unde testatores in legatis utebantur dandi et donandi verbis l. Aurelius 28. § Titius de liberat. legata; tamen talis donatio est, quae non nisi post mortem effectum sortitur; unde adjecta sunt illa verba in definit. Justin. a defuncto relicta ab herede praestanda et a Modestino in l. Legatum 36. de legatis 2. testamento relicta. igitur cum donatio illa, quae legato continetur testamento relinquatur, et testamento vires non habeat nisi morte testatoris subsecuta l. Si alienum 49. § in Optione de

[Margin note:] [illegible]

Heredis instituti in tempus mortis protrahitur talis donatio. Voluntas enim legantis ambulatoria censetur usque ad eius mortem, nec perpetuum est aut necessarium praestitum eorum suis vinculum, sed ab eo quamdiu vitam agit, cuiuscumque temporis stilo revocatur, neque enim talis donatio aut pactio, quae supremi iudicii divini, quae revocabilis sit censeri debet l. si filia 20 § si pater, familiae erciscundae. Et habetur apud D. Paulum Epistola 9: ad Hebraeos. Unde Legatum non potest tanquam quid tale ab ipso testatore solvi, nisi ab herede praestetur; quo etiam sensu Legatum definitur a Iulio in l. Legatum 116 eod. tit., delibatio hereditatis. Hereditas enim viventis nulla est, vulgata l. 1 de hereditate vel actione vendita. Ergo donatio quae in legato reperitur eius naturae est, ut non nisi post mortem acquiri possit Legatario, inde quae dictum est, mortis causa donationes capi ad instar Legatorum. l. 1. § 1. si quid in fraudem patroni, bonus Ulpianus in l. 2. de Publiciana in rem actione, de quare re et sup. d. iuribus. Videndi sunt Giphanius in Lectura altorfina, in l. illud 37. de donationibus causa mortis. Cuiacius lib 10. observationum cap. 28. Donellus lib 14 commentariorum cap. 33. Antonius faber lib. 6. Conjectu. cap. 2. Petrus faber in l. quae legata 18. de regulis iuris. Et de pluribus differentiis inter donationes causa mortis et legata, et pluribus speciebus in quibus conveniant, quia plene actum est ab Antecessore nostro[+] ad nostrum in principio tituli cap. 2 ex num. 9, ommittimus libenter; manet ergo firmum donationem factam in legato servo communi per hereditarium servum eundem qui communem acquiri non posse.

Hic finem ratio 8

Et communis interpretatio hoben a nobis satis exornata ex regula d. legis per hereditarium de acqui. rerum domini cum similibus. Summe difficilis redditur sequenti contrarietate videlicet non esse necessariam acquisitionem rei donatae

[+] Valentus

nale ſ. legat. Servo Comuni ab uno ex dnis, respectu
dni, qui donavit ſ. heredis eius dni qui legavit, sed
retentione tantum, ita ut res donata ſ. legata Servo
Comuni Sociis adquiratur praeter partem dni donantis aut le-
gantis, quae retinetur. Aliter ab eo qui donavit ſ. herede
eius qui legavit. d. l. proinde § si servus Comunis de
stipul. Servorum, ergo non est necessaria adquisitio, ac per
consequens regula d. legis per hereditarium non militat in
Legato Servo Comuni relicto ab uno ex dnis, et utili-
ter poterit retineri pars ab herede eius qui legavit, ante
aditam hereditatem et ab ipsa hereditate iacente =

9 Qua in difficultate pra=
vius ad explicanda quaecumque ab interpretibus non animadversa
ut nulla sunt vestigia quae ingreiant [illegible] iurisprudentiae ru=
dimentis, utcumque dum alius meliora offerat existimo dicen=
dum legato relicto Servo Comuni ab uno ex dnis nulla
parte eius retinere posse heredem neque hereditatem, nam legatum
est delibatio hereditatis ex eo quod universum heredis fo=
ret, iuxta verba florentini in l. legatum 116. de legatis 1.
quae significat legatum delibare, id est, diminuere hereditatem.
delibatum enim dicitur quod diminutum est, sicut illibatum quod
integrum et illaesum reperitur. l. 2. § 1 de his qui sunt sui, l.
si filia 20. § Cap. familiae erciscundae, l. generalis
Cod. de sententiam passis. Unde Armenopulus interpres gre-
cus legatum definivit hereditatis imminutionem, mentis
igitur legatum relictum a dno Servo Comuni totum Socio ad-
quiritur, quia cum sit hereditatis delibatio, nulla ex
parte potest ab herede vel hereditate retineri, quod enim delibatur
est pars illa, quae ab herede vel hereditate retinenda erat, nam
Caeteri partes Sociis competunt ratione dominii proportione
dominica, quod eleganter insinuat Ulpianus in d. l. Verum
63. § si Servo proprio, ut non enim propter comunionem
hoc adquisitum est, sed obviam partem, ac per consequens
totum legatum dno superstiti acquiritur = quod si haec
interpretatio animum non impleat, dicendum est ideo lega-
tum non posse pro parte retineri ab herede dni qui lega-
vit, nam Servo heredis inutiliter legatur non minus ac he-

vedi à Semetipso § an Servo unb^la. de legatis, quæ quidem regula intelligenda est, et procedit cum legatum relinquitur servo heredis insolidum, secus vero si servo Communi ab uno ex dominis relinquatur, nam tunc persona socij est cum utiliter acquiratur, unde quod uni ex dominis seu heredi cuius acquiri non potest, totum ad socium pertinet l. proinde). § interdum cum ll. sequentibus de stipul. servorum, l. si duo 1). de adqui. rerum domin. quod quidem evidentius probatur ex universa specie Legis Plautius, juncto intellectu Pauli Castrensis. Et Communi autem servo donatio facta ab uno ex dominis in persona eius qui donavit non est inutilis ʃ. l. per servum §. § si unus de adqui. rerum domin. l. si pro parte 10. § si domini vers. plus dicit de in rem verso, l. si peculium 6. § et si fuerit vers. sed si dominus de peculio legato, juncta l. si sponsus S. § circa conditionem de donationibus inter cum similibus, bene tamen erit quod talis donatio sustinetur ut peculium ʃ. l. per servum § si unus, ut illa celebris differentia traditur, ita intelligenda videlicet quod si unus ex dominis servo Communi donaverit ut in peculio habeat, tamquam servo proprio totum donatum in proprietate domini qui donavit tanquam peculium sit, nam Communis servus potest habere peculium quod ad unum dominum tantum pertineat l. 2. de stipul. servorum, l. quis ergo 16. de peculio, si vero donat prout alieno servo tunc pro dominica portione socijs adquiritur, et pars eius qui donavit quasi peculium utiliter retinetur, ab eo quia id non est prohibitum, legatum vero pro parte qua servus heredis est inutiliter relinquitur, et idem in persona socij tantum consistit ʃ. l. Plaucius, et ita tenendum esse existimo ultra omnes quos viderim:

ILLATO 4.ª

Fideicommisso inutiliter a Legatario relicto, Utrum Legatum apud Hæredem, vel Legatarium maneat.



1 Diximus de quibusdam juribus et Illationibus ex verbo illo definitionis Legati, scilicet, donatio. Superest nunc ut alia explicemus, quæ ex illo verbo germanam recipiunt interpretationem, nempe Legatum relinquendum nulla alia ex Causa, quam Liberalitatis exercenda in Legatariorum gratiam, arg.to L. 1 de donati. L. neq. adjecit 9. proscrip.o, Unde si quis Legaverit animo potius fraudandæ Legis, quam Donandi, aut Liberalitatis exercendæ in Legatarium, Legatum ita relictum non tenet, Cujus rei exemplum extat apud Modestinum in L. Si quis quos 31. de Legatis 2.o V. Si quis quos manumittere non potest Legaverit ut manumittantur, neq. Legatum neque Libertas valet, nam Legatum introductum Donationis et Liberalitatis Causa erga Legatarium non debet fraudis præbere occasionem, neque obstat bis obscurus in L. Si quis cum 37 de Condi. et demonst. V. expresse Cavetur, quod si quis Legaverit eum quem manumittere non potest, ut a Legatario manumittatur. Licet Libertas præstanda non sit, Legatarium tamen a Legato non esse repellendum, Ergo Legatum tenet.

2 Quæ indispensabiliter explicanda et supra

Citatis juribus in amicitia rediendus silentio omnibus interpretationibus relatis a Bart. Castre. Alueri. Cuma. et cæteris antiquioribus. et omnium ejus in scolis sententia est, Legatum in sup. d. spem solutum ab hærede stile esse quoad retentionem, eo modo confirmant intelligendum esse textum in d. L. Siquis cum. b. et si a Legato non repellatur. inutile vero quod nondum solutum minime peti possit a Legatario. et ita interpretandum esse textum in d. L. Siquis quos, quod quidem non esse in jus novum, quod Legatum inutile quoad petitionem, utile sit quoad retentionem, probatur ex. L. Lutius 88. § Scæbola: alias est L. Codicilis de Legatis 2. b. respondi non compelli, neque ipsum Legatarium Legatum petere posse. quam interpretationem tenent et comprobant Cujac. lib. 22. obser. Cap. 1. Donie. lib. 8 comen. Cap. 16 =

Hæc tamen interpretatio 3
quæ maxime cæteris plausibilior videtur, minime substineri potest; improbatur enim ex sequentibus. 1º nam Legatum est donatio, ac per consequens nulla alia causa debet habere quam liberalitatis, ita quod ob benemerita et affectionem Legatarii relinquatur; d. L. neque adjecit, pro-sotio. Ergo relictum ob fraudem Legis, et retentionis et petitionis nullius erit momenti. 2º. nam in d. L. Siquis cum. consultus Paulus probat Legatarium a Legato non esse repelendum. quæ verbis satis demonstrat Legatarium non esse repelendum aliqua exceptione a petitione Legati: 3º pro hac parte considero contra communem verba d. L.

Siquis

Si quis cum .t. quoniam magis Legatarium aliquid Quemadmodum testator in eo Servo, quam Heredem habere voluisset. Ex quo constat Legatarium ut magis dilectum non solum retentionem verumetiam petitionem Legati habere, ac per consequens existimo Legatarium retinere Legatum et petere posse, ut fideicommissum ab eo relictum ut tenent Bart. in d. L. Codicillis. Socinus in d. L. Si quis cum:——

4 Nec obstat textus difficilis in d. L. Lucius 88. §. Scebola, alias est, L. Codicillis 99 de Legatis 2°. ubi Legatarius praefertur Heredi in retentione rei Legatae, non vero in petitione quoties fideicommissum ab eo relictum nullius momenti est, nam ommissa interpretatione Acc. et Bart, t. alia Fran. Sarm. lib 8. Selectarum in L. Si quis Titio de Lega. 2°. ex num. 3. versi° itaque. Alia Pauli Castr. in d. §. Scebola: multum placet interpretatio acuta et juris prudentiae principiis adaequata Ant. fab. lib 3. Conject. Cap. 18. ubi inquit Legatarium in ea specie non posse petere legatum ab Herede, quia rogatus proponitur restituere pecuniam legatam Ancillae testatoris, quo Casu aperta est voluntas testantis, dum voluit ut pecunia illa remaneret potius apud Heredem quam apud Legatarium, nam sicut Legatarius magis dilectus in re Legata, quam Heres censetur, ita similiter si a Legatario fideicommissum relinquatur, magis quam Legatarius fideicommissarius dilectus est. in specie d. d. §. Scevolae. Heres fideicommissarius est ex persona Ancillae testatoris, cui Legatarius rogatus est restituere, atque ita non ex eo tantum quod fideicommissum inutile est Legatarius

rius repelitr a Legati petitr. Sed Ex volunt. defunc ti; qua magis dilectus Censetr Eres tanquam fidei=Commissarius, Unde retentio ei Conceditr., alioquin regulariter si alius est fideicommissarius, et fi=deicommissum nullum est remanet apud Legatarium d. L. Si quis eum, L. Si quis Titio 17. L. Julianus 60 de Lega. 2º. L. pater filium 38. §. fideicommissum de Lega. 3º bonus tex in L. pecuniam 8 de alimentis Legat. de cuius Concordia cum L. dimus 7. Si cum plus, quam per Leg. falc. Ultra antiquiores. Dd. videndus est Cuj. lib. 7. respon. Papi. in d. L. 8. ideo autem in d. §. Scevola Eredi actio nº Competit ad repetendum Legatum Solutum, quia Eredi cuius est ancila fideicommissaria, et Ex testatoris Ereditate profectum est eiusdem Eredi nec Legari nec fideicommitti potest, quia res propria frustra Legato aut fideicommisso relinquitr. L. plane 34 §. Si duobus de Lega 1. L. Legatum 116. §. 1. eo. tit.º nisi post tempus aliquod, fideicommissum Eredi a Legatario fuerit relictum, quo Casu fideicom=missum tenet, juxta tex. Singularem in L. Si a me 29 ad S. falc.

Non etiam obstat Contraria Sententia obscurus summe tex in d. L. Si quis quos 31 de Lega. 2º pro cuius Conciliatne cum d. L. Si quis eum. ommissa Sent.ª Fran. Sar=m. lib. 8. Selecta. in d. L. Si quis quos nº. 4º Ant. fab. lib. 3. Conjectu. Cap. 18. qui existi=mant inter illas ?ª implacabilem et indisolubilem Esse antinomiam, neq aliquam Concordiam Esse. aliis q interpretationibus ommissis Cumulatis ab Iligero 5

lib

lib. 8. Comment. Cap. 16. Verior mihi videtur Sen-
tentia Reuardi lib. 2 Conjecta. Cap. 1. Existimantis
Scaevolam in d. L. Si quis quos. intelligendum de Libertate
relicta in fraudem Creditorum ab eo qui Solvendo non erat
Contra legem Aeliam Sentiam, quod facile Comprobatur Ex interpre-
tatione d. L. Si quis quos, quam Modestinus Edidit authorem lib.
1. reg. juxta inscriptionem Et decisionem Scaevolae in L. Si Consenti-
ente 16 de manumiss. Scaevolam V. in d. L. Si quis cum proce-
dere in prohibito manumittere Lege Furia in tit. inst.
de L. Furia. ratio differentiae est, nam in Servo Legato ut
manumittatur in fraudem creditorum Contra legem Aeliam Sentiam,
Creditores aeque fraudantur, si legatum validum fuisset, ac si
Servus a Legatario manumitteretur, ac per Consequens
nec Legatum nec libertas Valet. d. L. Si quis quos. Caeterum
in L. Furia non fraudatur Lex, Et si legatum Valeat, dum-
modo Libertas impediatur Ultra numerum permissum Ea
L. ut in princ. inst. de L. Furia, Unde Licet Legata-
rius non Sit Compellendus Servum manumittere, a legato
tamen non est repellendus d. L. Si quis cum=

6 Verum adhuc non Sumus
in portu adversus Superius d. distinctionem Et interpretatio=
nem Certam Et acutam Reuardi ad d. L. Si quis quos. Cum
d. L. Si quis cum. quam Sequitur Osual. ad Donel. lib.
8, Comment. Cap. 16. Litera D. Considero Scaevolam summe
obscurum ab illis non animadversum in L. Servum filii
44. § Si idem Servus de legat. 1. ut. Si idem Servus
Et legatus Et Liber esse jussus fuerit interdum pro=
Cedere Solum legatum poterit, Veluti Si in fraudem Cre=
ditoris data sit libertas. Ecce Egregiam Ulpiani
decisionem, qua probatur Legatum Servum ut manumit=
tatur in fraudem Creditorum Legatum quidem procedere
Licet Libertas non Subsistineatur. Ergo idem procedit.
Cum Servus Legatur ut manumittatur a Legatario
in fraudem Creditorum Contra legem Aeliam Sentiam, Et in
fraudem

fraudem Legis fuisse, videlicet ut utroque casu Legatarius non sit repellendus a Legato, licet Libertas non sustineatur.

In hac igitur difficultate ubi in proposito nulla invenio interpretum judicia. Ego ex bene ordinata jurisprudentia respondendum esse cogitabam. 1º in specie d. §. Si idem Servus, differentiam constitui inter Legatum Servi ut manumittatur in fraudem Creditorum et ipsam manumissionem, quia Libertas in fraude Creditorum data ipso jure non procedit, alioquin semel competens rescindi non potuisset. §. Semel. Inst. qq Ex Cau. man. non licet. Legatum vero in fraudem Creditorum relictum ipso jure procedit. Licet postea actione in factum edicto quae in fraude Creditorum rescindatur l. 1ª et per totum quae in frau. Credi. Unde eleganter inquit Sci. interdum solum Legatum procedere posse scilicet ipso jure.

Sed si hae interpretatio displiceat l. quia minus adaequata censeatur exemplis de qq in d. §. Si idem Servus, l. quia in eo textu Libertas tantum data proponitur in fraude Creditorum, non vero legatum subtiliter dicendum est, Legatum solum procedere quoniam Libertas fuit tantum data in fraude Creditorum, non vero Legatum ut constat ex illis verbis: Si in fraude Creditoris data erit Libertas, sed ita demum contingere poterit ut praesensit Accur. Gl. Si Servus Legatus sit ut manumittatur sub conditione si haeredi Legatarius centum dederit, cuius aestimationis erat Servus Legatus ut in l. Si cui fundus 54. cum similibus de Lega. 2º Quo casu in Libertate solum relicta fraus Creditorum reperitur non vero in Legato, sed idem fulcitur a Jurisconsulto in d. §. Si idem Servus, duobus exemplis. 1º cum Servus venditus fuit, ut in perpetua servitute esset, nam si ab Emptore Legatus fuerit, ut a Legatario manumittatur, Legatum quidem tenet, non vero Libertas contra

pactum

Pactum et Conventionem perpetuæ Servitutis. 2
Cum Servus pignori datus legatur a debitore et ma-
numittatur quia fraus Creditoris solum in manumissione
consistit, libertas non valet L. [illegible] 3 de manumiss. L.
4. L. pignori 36. qui et a qq. junctis traditis pro illorum
juris interpretatione a Done. lib. 2. Comm. Cap. 13. Ant.
Fab. in papini, tit. 8. princ. 2. illat. 6. et tit. 9. princ.
1. illat. 3. Pet. fab. lib. 2. Semestrium Cap. 12. Ca-
uotio lib. 2. disputati. Cap. 21. Legatum vero procedit nec
ex eo minime Creditor fraudatur, si quidem quasi Ser-
uiana sive hipotecaria actio realis ad pignora persequenda
datur Creditoribus aduersus quoscunque possessores L. Si fun-
dus 16. §. in vindicatione cum L. sequenti, de pigno.
L. distractis 14. Cod. eo. tit. qq satis explicata ma-
nent omnia exempla proposita a Consulto in d. §.
Si idem Servus = .

Illatio 5a

Utrum Legatum rei propriæ Consistat

1 Cum Legatum donatio sit et emolumentum lucrum
que Legatario afferre debeat L. Si hereditatem
mandati. Cum Similibus, unde infertur legatum rei pro-
priæ inutile esse L. Cum Servus 39. illeas, incipit
apud Julianum 40: § Si titius, L. cætera 41. §.
Tractari de Leg. 1. et argumento text. in L. nemo 82
de V. O. qui stipulatio rei propriæ eadem ratione
non consistit, et adeo verum est ut Si homo generaliter
fuerit legatus aut promissus nec legatum nec
stipulatio consistere possit, in eo Servo qui Legatarij

aut

aut stipulatoris factus fuit, quæ quidem doctrina adeo verissima est, ut Legatum et stipulatio minime distat, et si a legatario et stipulatore servus alienatus fuerit, nam nihilominus idem servus solvi non poterit, quia ab initio non fuit enobligati. Ut expresse docet Consultus in L. Mevius 66. §. duorum servi. de leg. 2. quippe qui hominis generale compendium omnes species sub se continet ut eleganter inquit Papin. in ultimis verbis eiusdem §i, quam rationem explicat eleganter Ubertus. Gifan. in L. 2 de V. O. ex num. 29. Ulduricus Casius autor damnatus. lib. 2. singularium intellectuum Cap. 4.

Incivius regulæ explicationis et exorna tione ampliationis, nonnulla sunt a nobis inter pretanda, quæ ab antecesoribus observata in præsenti non sunt, ommittimus enim explicare §. in L. si tibi homo 86. de leg. 1. in L. Mevius 86. §. fundo de leg. 2. quæ et alia videnda sunt apud antecesorem nostrum in præsenti Cap. 2. num. 29 cum sequen. Igitur rei propriæ Legatum ita demum inutile est, si res omnino et irrebocabiliter Legatarij fuerit, alioquin si testator aliquod ius in illa re habuerit Legatum valet L. si domus 71. §. si fundus de leg. 1. Unde interpretandus venit textus summe difficilis in L. cum servus 39. §. si titius de leg. 1º. Et testator qui a me rem comparavit, eandem mihi legavit, antequam ei traderem, mox quod ei tradidero, et pretium recepero. inquit Consultus Legatum consistere, cum tamen res propria Legata fuisset, neque ideo convalescere potuit legatum ex eo quod alienata fuisset, postea traditione facta a Legatario. juxta nostram regulam et ampliationem L. 1. de reg. Catoni. cum

similibus

Similibq. Qua in difficultate Accur. vbo n. Consistere vid.; §. Si Titius, existimat in eo casu legatum n. Consistere in re legata, sed in liberatione relicta venditori, eidem que legatario, sed Convincitur manifeste, nam si liberatio relicta consideretur, nulla foret differentia inter 1.am speciem relatam illius Text, et ultimam in vers. idem subjungit cum testator a me rem comparavit, pretium q. eius solutum sit mihi; rem autem nondum tradidero, in qua consultus asserit ex testo. legatarium liberationem habere rei venditae, quam nondum tradiderat; ergo in 1.a specie q.do legatarius rem tradiderat n. potest substineri legatum quoad liberationem, deinde nam in d. §. Si titius venditor idem q. legatarius traditione liberatus fuit ab obligatione ex vendito, ut expresse inquit Text. ibi. Ergo per legatum n. potuit liberari ab obligatione quae n. erat, l. decem de V. O. Cap. ad disolvendum de despon. impube: tandem Convincitur Acc. ex vbis Text. ibi. Utiq. per legatum rem vindicare potero, quam tradidi: Unde dicendum est in specie d. §. Si titius legatum in re ipsa consistere, quae n. erat absolute et irrevocabiliter propria Legatarij: Siquidem poterat ab eo arceri, actione ex vendito; cum per sequentes traditio facta rei legatae, eiusdem que venditae testatori potius confirmat quam infirmat legatum, arg. tex. in l. cum in rem §. 1. de leg. 1. igitur Legatarius recte poterit rem ipsam legatam vindicare =

3\. Nec obstat si subtiliter objicias pro Accursio, legatum in liberatione potius quam in ipsa re consistere, quia quoties testator rem alienam legat, in qua aliquod jus habet. licet actionem ad ipsam persequendam, videtur legare jus quod in ea habet

Licet

Licet liberatione actionis, n. v. ipsam rem L. Si domus 72. §. ult. de leg. 1. Et ex ipsa L. cum servum § idem Julianus. Et arg. text. in L. qui tabernas 32 de Contr. Empt. Ergo testator, idem q. Emptor qui Venditori rem venditam legavit, ante traditionem liberationem tantum, n. v. ipsam rem legasse videtur, quam difficultatem primo cogitavit Jason in d. §. Si Titius. num. 5. eam tamen n. dissolvit, sed cogitandam relinquit. Unde respondendum est certissimam esse juris regulam, quod testator tantum videtur legare jus quod in re habet, licet ipsam rem legaverit, sed intelligenda est ut censeatur legare jus quod in re habet temp. mortis, n. v. tempore quo legavit ex supra d. juribus, igitur cum in d. §. Si Titius, temp. mortis testator non habuisset actionem sed dominium rei legatae, traditione facta a venditore eidem q. legatario, merito dominium transfertur, ita ut rem legatam legatarius vindicare possit, unde ex eodem textu unum valde singulare dictum observandum est, nempe quod licet inducta ad unum effectum n. possint producere contrarium L. Legata inutiliter 14. de adimendis et transf. leg. ac per consequens pactum sive conventio inducta ad resolvendum contractum n. possit producere actionem L. ab Emptore § 8. de pactis. illud procedit contra voluntatem testatoris licet contrahentium secus v. ex voluntate expressa licet conjecturata, ut in d. §. Si Titius in quo legatum relictum quoad liberationem inspecto temp. ~~liberationis~~, tamen actionem legatario producit, idem in L. quod mihi 22. de liberat. legata in L. Sed et si 11. §. proinde de jurando, ex quibus venit interpretandus et intelligendus text. obscurus in L. qui decem 72. § Titius. vers. sed et ei qui homines, de solutionibus. et ei qui

homines

Hominem in genere dari stipulatus est unum etiam ex
eis qui tunc stipulatoris servi erant dando promis=
sor liberatur. Ergo eodem modo liberabitur heres si
servum dederit proprium legatarii tempore legati relicti
si solutionis tempore alienus inveniatur, nam supra dicta
regula a nobis proposita cum ampliatione eodem modo
procedit in legato, ac in stipulatione l. Mevius
§. duorum, versiculo non idem et versiculo eadem quod ratio, de
leg. 2.

4. Quae quidem Marcelli et Papiniani re=
pugnantia summe dificilis visa fuit melioris
doctrinae interpretibus, nam multi ex antiquioribus
probant textum in d. §. ex duorum in legato procedere,
textum vero in d. §. Stichum in stipulatione, quorum sen=
sentia convincitur ex eodem §. duorum, versiculo eadem
quod ratio, Conanus vero lib. 6. comment. capitulo 2. Bri=
son. lib 2. de solutionibus, pagina mihi 1063. con=
firmant verba illa Papiniani, in d. versiculo eadem quod ratio,
non esse jurisconsulti, sed alicuius interpretis impe=
riti, atque ita delenda esse, quam sententiam eleganter
reprobat Ant. fa. lib 12. conjectu. cap. 12. ea ratione
nam et si verba illa non fuissent proposita nec scripta
a Papiniano adhuc ex regulis juris stipulatio ab
initio inutilis rei propriae non convalesceret, quamvis
aliena foret tempore solutionis, l. quod ab initio, de
regulis juris. cum similibus. Unde Ant. fab. lib 2.
conjectu. cap. 15. oppressus pondere dificultatis in=
quit jurisconsultos sine pace pugnare et in strie=
ta disputatione juris admittendam esse contra Papi=
nianum Marcelli sententiam in d. §. Stichum. Cuj.
vero lib. 14. observa. cap. 20. et 21. probat
loco illius verbi (unum) in d. §. Stichum legendum
esse interrogative ita: num etiam ex his. quam lecturam
et emendationem impugnat Infan. ut supra num.
42.

42. Barto. vero existimat Scaev. in d. §. duorum procedere de stricto juris rigore, Scaev. vero in d. §. Stich. de aequitate =

Nos tamen Jurisconsulto omissis 5
respondendum est Jurisconsultos in d. §. Stichum, et d. § duorum, non solum contrarios non esse, ut perperam existimabat Ant. fab. d. proxime, verum eiusdem sententiae fuisse, si animaduertamus verba illa d. §. Stichum, sed si absque aliqua emendatione interrogatiue legenda esse ita ut quaestio proponatur videlicet, utrum ille qui hominem in genere promisit, si soluat seruum, qui stipulatoris erat tempore stipulationis liberetur, quaestioni Marcellus respondit minime liberari in illis verbis, si quidem ipsa et Eei dari stipulatus est, qui eius non erat. quae verbis aperte ostendit seruum proprium stipulatoris tempore stipulationis minime solui ei posse, quod idem a Papi. expressum extat in d. § duorum, verum non idem, ita erudite explicat idem Cuj. in d. § duorum lib. 17. quaest. Papi. et similiter explicat et exponit Scaev. in l. Si quis duos 67. de solutio. Cuj. d. l. qui decem 72. §. Stichum. verum singamus, eo sit =

Rursus ex supra dictis 6.
intelligendus est Scae. in l. 1. §. ult. de reg. Catoni. ubi si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum viuo testatore alienaueris legatum tibi debetur, quod non deueretur si statim testator decessisset, cuius Scae. decisio praeterquamquod aduersatur nostrae regulae et doctrinae, maxime difficilius redditur ex reg. Catoni. in qua in princ. d. l. 1. qua dificultate opressus doctissimus Cuj. in §. sed si rem, institu. de leg. existimat Jurisconsultos in hac re omnino contrarios fuisse et sine pace pugnare, caeterum omissa hac sententia quae amplectenda nullo modo est, alia quae interpretatione Rogery
qua

69

quae reprobat Bar. in d. l. 1. nu. 1. magis placet sententia Acc. in d. l. 1. quam communiter sequuntur Bar. et Castren. ib. nu. 3. Donelus lib. 8. comment. cap. 18. Ant. Fab. lib. 12. conject. cap. 12. qui existimant ex regula nostra et Catoniana legatum rei propriae ita demum inutile esse si alienata fuerit legatario post factum testamentum cum pure scriptum fuit, d. l. caetera 41. §. 1. de leg. 1o. d. l. Maevius §. duorum, vers. non idem de leg. 2o. d. l. 1. in prin. de regu. Catoni. quod si sub conditione scriptum fuerit legatum rei propriae, si alienata fuerit debeatur, quia regula Catoniana non pertinet ad conditionales institutiones l. conditionalia legata d. l. 1. l. 6. versi. quod enim, l. placet 4. de regula Cato. unde verba illa d. l. 1. §. et l. 6. si cum vivo testatore alienaverit non sunt decisiva consulti, sed conditionalia testatoris. unde legatum ideo debetur rei propriae tempore testamenti quae postea alienata fuit, quoniam legatum conditionale fuit, ratio autem quare ad conditionale legatum regula Catoniana non pertinet, ex eo pendet quoniam ut apparet ex verbis illius regulae, de quibus in l. 1. in prin. illius tituli, regula Catoniana solum procedit in relictis testamento, quorum dies a morte testatoris cedit, inquit regula quod si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret id legatum quandocumque decesserit non valere, et probatur expresse ex l. 3. de reg. Catoni. unde cum legatum relictum sub conditione non cedat a morte testatoris, sed ab existente conditione, merito si res propria legatarii tempore testamenti relicta fuerit sub conditione et tempore existentis conditionis aliena fuerit substinebitur legatum bonus et expressus Acc. in l. mea res 98. de conditi. et demonstra. nam

et

Ut eleganter observant Catren. in d. L. 1. num. 8. Donel. lib. 8. Comentar. Cap. 13. Legatum non ideo valet in sup.a d. specie, quod testator diutius vixerit sed quia nondum conditio extitit =

ex qua certiss.a doctri.a) Cuj. lib. 4. observ. Cap. 4. observat omnino emendandum esse scil. in L. 3. de reg. Catoni.a in libro illorum. Ahorum. Catoni.a regula non pertinet ad hereditatem. respondendum esse ad libertatem, ne alioquin) + repono aperto Marte pugnet cum L. 4. eo. tit. d.: placet Catonis regulam ad conditionales institutiones non pertinere. Ergo pertinet ad puras L. si a primo 8. de lib. et post. L. penul. de reg. juris, ideo autem ad libertatem non pertinere probant, quoniam libertatis relictae dies non cedit a morte testatoris sed ab addita hereditate L. qui putat 74. § ult.o de adqui. here. L. qui in testo. 14. de test. L. 1. § libertatibus Cod. de caduc. tollen. =

Alia tamen via compo= 8.
nendi desiderium consultorum in d. L. 3. et d. 4 de reg. Catoni.a investiganda est, et inter interpretes dissensiosos in hac difficultate, veriorem esse existimo sententiam existimantium Catonis regulam non minus ad hereditatem quam ad legata pertinere, ex proxime adductis juribus, quam sequuntur et illustrant Othomanus lib. 2. observa. Cap. 17 inf.r Goveas lib. 2. variarum lectio. Cap. 29. Robert. lib. 1. animadver. Cap. 13. licet contraria defendant Bar. et antiquiores in d. L. 3. Ant. Fab. lib. 12 conject. Cap. 19) neque obstat text. in d. L. 3. nam intelligendus est cum supra dictis interpretibus. de hereditatibus, quae mortis tempore pendent, nondum delatis; veluti relictis in diem vel sub condit. quae quidem interpretatio ex eo

deducitur

5

deducitr, naz Cuz in Sna orati[2o] et Consuntum scriptu, Sot a Csulto delegatis quoru dies n[l] ecsit stati, et Simpliciter de Ereditatibq, Credibile est de eis Ereditatibq agere. quz mortis temp[e] in Suspensio Sunt. Hec tamez interpretatio Euidenter Conuincitr, naz in L. 4. illius tituli expresse definituz exstat. Catoni. regulaz ad Conditionales hereditates Siue institutiones minime pertinere. ac per Consequens Superflua foret decisio d. L. 3. illo ho. Secunduz sup[ar] d. interpretatione // Unde omissa alia Explicati[es] Valduini in §. in extraneis, inst. de Ereduz quali[to] nu[o] 2. alia Gomez. d. Cap[es] 29 dicenduz est Papinianuz in d. L. 3. intelligendum de Ereditatibq per fideicommissuz relictis. in qq Cuz Sola Voluntas Specletr L. penul. de leg. 1. §. Cuz proponebatr de leg. 2. regula Catoni.[a] Locu non habet, quomodo interpretanda Sunt §. aliqui obscura in L. Si deportati 7. de leg. 3. in L. 3. §. 2[do] autez de J[e] fisci. exornant. Petrus. fab. et Cheua. in L. penul. de regulis juris. Osual. lib 8 Comment. Cap[us] 13. litera F, et plura Cumulant Circa d. L. 3 et 4. de reg. Catoni[a]

6[a] Matio

6.ª Illato

De Legato a debitore Creditori relicto, quando valeat, Emolumentum que contineat

quando sit utile legatum a debitore Creditori relictum =

Angustiis temporis opressi in hac Mat.ª omittemus praetor tradita ab antecessoribus nostris plura, et nostris Lucubrationibus observata, et unum aut alterum non vulgare, noba interpretati explicavimus: illud enim certissimum principium jurisprudentiae est ab omnibus Consultis admissum, Legatum scilicet a debitore Creditori relictum de debito inutile esse, nisi aliquid amplius in legato sit quam in debito. L. Si Creditori 28. cum sequenti de leg. 1. L. Mevius 66. in fine principii de leg. 2. L. 3. §. Si re. L. Si deportati 7. §. 1.º de leg. 3. L. Si creditor 13. cum sequenti, L. Legavi 23. §. Contra, de libera. legata, §. Ex contrario, inst. de legatis, cum pluribus aliis traditis pro, et contra, ab Antecessore nostro. ad nostrum titulum Cap. 2. ex num. 4. = 1

L. Si cui 49. §. Si Titio de leg. 1.º =

Inde infertur. Si Titio decem quae ego debeo legavero, et rogavero Creditori praestare, fideicommissum quidem in Creditoris persona non valet, quoniam cum legatum aut fideicommissum donationem et emolumentum debeat habere, nihil Creditoris interest in hoc fideicommisso, ac per consequens ipsius respectu inutile est, Haeres vero potest cum legatario agere, quia ipsius interest Creditori solvi, ne ab eo conveniatur, ideo propter hoc legatum valet, licet inutile sit respectu Creditoris, bonus text. et summe obscurus in L. Si cui 49. §. Si Titio: de leg. 1. et hic est unus casus (inter alios) in quo aliquando legatarius est cui commodum ex legato quaeritur 2

quaeritur, et cum eo testator in legando non loquatur ut in L. fideicommissa 11. §. interdum de leg. 3. cum similibus a Cuj. lib. 17. quaestionum Papini. in L. filio 71. §. filio genero, de editio. et demons. =

3 Huic tamen sententiae Juliani maxime adversatur textus in L. 3. §. ult. alias 4. §. ult. de liberatione legata. ut si quod ego debeo Titio sit ei legatum mei gratia, ut ego liberer, nemo intellegavit legatarium, ut et Julianus libro eodem scribit, et Marcellus notat utrumque legatum esse tam meum, quam creditoris mei, etiam si solvendo fuero, interesse enim creditoris duos reos habere, ergo in d. §. si Titio, legatum valere debet, etiam creditoris respectu cum ejus interest duos debitores habere, heredem scilicet et legatarium. in qua difficultate ommissis variis interpretationibus traditis et relatis ab Accur. d. art. Cumano, Castren. Alciati, in praecitatis juribus. Cuj. qui in interpretandis Jurisconsultorum oraculis felicior esse solet in d. juribus et lib. 17. quaestionum Papini. in d. L. Titio. § filio genero, probat veram esse Marceli sententiam in Julianum relatam in d. L. 3. §. ult. videlicet utrumque legatarium esse, quia creditor ex hoc legato lucrum consequitur, saltem in eo quod plures debitores habere incipit, qui ex contractu unum tantum habebat, neque obstare in d. §. si Titio, nam inquit ex libris Juliani Jurisconsulti esse, cuius rei conjecturam facit textus in § Julianus, qui statim sequitur in d. L. si cum, ubi secundum Julianum creditor legatarius non est, quia ut existimabat nihil eius interest, neque cum eo locutus fuit testator cum legavit, sed Marcellus notat hanc sententiam ratione de qua in d. L. 3. §. ult. neque novum est ut legatarius L. 3. §. ult. de lib. legat.

Legatarius Concedit ille cuius contemplatione legatum relictum proponitur, etsi cum eo testator non loquatur. Unde idem Cuj. d. proxime lib. 24 observ. cap. 26. observat intelligendum et emendandum esse textum in l. fideicommissa 11. §. plerumque, versic. Sic, de leg. 3. ibi: quamuis unum legatum sit. et legendum, quamuis uni legatum sit. et ibi, ut eis soluerit. legendum et ei soluerit. in quo loco similiter recte et erudite animaduertit verba illa Si decem fuerint rei stipulandi eiusdem scilicet promissoris, intelligenda ita ut legatum non fuisset relictum ab ipso promissore, nam tunc inutile foret ex nostra regula et illatis. Sed potius relictum esse a quodam tertio, ut debitor liberaretur a decem creditoribus, quo casu ideo legatum valet, quoniam creditores nanciscuntur duos debitores, unum antiquum, alterum heredem eius qui legauit, ex Marcelli sententia de qua in d. l. 3. §. ult.

Sed ut facilius intelligatur et vera interpretatio praedictorum iurium cognoscatur animaduertendum est quod antea obseruarunt Acc. in d. l. Si cui §. Si Titio, Glossa verbo non valet ibi: l. ibi alieni non debitor legauit creditori, et Cujac. Paulo Cast. et Cuma. ibi diversam esse speciem d. §. Si Titio, ubi proponitur debitor qui legauit Titio decem quae debebat, et rogauit per fideicommissum ea creditori restituere, ab specie de qua in d. l. 3. §. ult. ubi proponitur quidam tertius testator qui creditori meo legauit mea gratia quod ei debebam, unde discriminis ratio et vera interpretatio

Ratio Colligitur, nam in d. §. Si Titio, nulla utili=
litas Creditoris invenitur in Legato, nec conse
quitur plures debitores, nam licet fideicommissum
rei Legatae utiliter a legatario relinquatur L. 5.
§ ult. de Legatis 3. princ. inst. de singulis rebus
per fideicommissum relictis, tamen Cogi non potest
ut agnoscat et restituat, qua Senatusconsulto
Pegasiano solum Cogitur fideicommissum restituere
qui rogatus est universam Hereditatem restituere, non
vero res singulas, L. Cogi 16. § et generaliter, ad
Trebellianum, exornat Done. et cum pluribus Illi=
gerus Litera C. lib. 7. comment. cap. 22. at
vero in d. L. 3. § ult. Legatum in Creditoris per=
sona consistit, quia commodum consequitur saltem in eo
quia duos debitores habet, qui unum tantum habe=
bat, Heredem scilicet testatoris a quo legatum relic=
tum fuit, et debitorem suum proprium antiquum,
et quidem non ita exornarunt Acc. et interpre=
tes proxime relati, sed ita intelligendi sunt =

4 Caeterum et hinc superior
nostra illatio difficilis summe redditur in hac specie,
nam si Titio genero meo dotis filiae meae nomine
heres centum dare rogatus fuerit, non tantum filiae
Legati petitio datur cui dotis nomine consultum vo=
luit pater, verum etiam et genero creditori L. Titio
71. § Titio genero. de Solutioni. et demonstra.
Cui tamen genero nullum commodum quaeritur ex hoc
Legato, tanquam relictum a socero debitore dotis,
ac per consequens ex nostra illatione inutile legatum
non poterat producere actionem, et in specie probat
Gaius

Gaius Consultus in L. Servo legato 69. § Si testator vers.º nec solum, de leg. 1. ff: non enim gener aut sponsus sed et filia habet actionem, cuius maxime interest, id est, cuius utriq. interest, et in L. Usucapionem, de usucapi. // qua in difficultate explicanda placet multum judicium Cuj. lib. 17. quaestionum Papinia. in d. §. Filio genero existimantis in d. L. Servo, § Si testator, ideo genero actionem pro legato non competere, quia quantitas relicta a socero dotis nom. antea promissa fuerat, ac per consequens tanquam legatum relictum a debitore creditori inutile est ex n.ra illati. et traditis in proposito in L. 9. Col. de dotis promi. quam sententiam confirmat ex princ.º eiusdem §. in quo testator jussit quosdam ex heredibus suis aes alienum solvere, quo in specie inquit consultus creditores non habere actionem ex legato licet cum eis loquutus fuerit testator, quia nihil interest creditoribus, coheredibus d.º actionem competere quorum interest, mox subjungit nec solum hoc casu alius habet actionem quam cui testator dari jussit, sed in aliis quoque veluti si filiae nom. etc. Ergo ut exemplum recte conveniat, intelligendum est cum socer genero dotem antea promissam et debitam legavit, caeterum in d. §. Filio genero, quantitas legata dotis nom. non erat antea promissa nec debita genero, ac per consequens inquit Papi. et gener non solum potest agere, verum etiam agere debet, ne scilicet soluto matrimonio teneatur quantitatem illam dotis nom. restituere, quae interpretatio confirmatur ultra Cujacium ex illis verbis:

Legati

Legati quidem emolumentum ad Seiam, quae dotem habere incipit, pertinebit, igitur ante legatum Seia dotem non habebat =

§. Antequam tamen quam ad ulteriora verba nostrae definitionis perveniamus, superest explicare unum valde difficile, ex quo probari videtur, legatum valere non solum cum nulla utilitas legatarii reperitur, verum etiam cum damnosum est legatum pro qua parte expendo obscurum Jurisconsulti responsum in L. Imperator 70. §. Si centum de Leg. 2. ubi si centum legatis, duplum restituere rogatus fuerit, legatarius ad summam legati videbitur admisisse fideicommissum, si autem post tempus relictum, supradictum fideicommissum fuerit usurarum tantum additamentum adimit, non vero ex extrinsecis legatarius cum pecunia legata adquirit. Ergo legatum illud validum fuit sine utilitate legatarii, et magis difficile redditur in 2.a specie, cum quantitas certa legatur, et rogatur legatarius rem propriam etiam majoris aestimationis et pretii restituere, quo casu non est audiendus legatarius legato percepto, si velit computare rem usque ad quantitatem relicti // Cui dificultati respondendum est in 1.a atque 2.a specie Papiniani legatarium potuisse agnoscere vel repudiare legatum, unde si agnovit credendum est commodum in legato habuisse nam dum legatum alicui datur etiam si gravatus fuerit restituere, consequitur commodum consensus, juxta tex. in L. fideicommissa 11. §. plerumque de leg. 3. et tamen ita intelligendum et temperandum est ut non utiliter oneretur ultra quantitatem relicti, quoniam ad fideicommissi valorem commodum pecuniarium requiritur, arg. tex. in L. fideicommissum 78.

L.

L. plane 94. §. ult.º de leg. 1. de quo fecu multa
Illiger. lib. 8. Comment. Cap. 2. Litera N
et Cap. 7. Litera A. idem probat Text. ita intel=
ligendus in L. Assignare 7. de assigna. Libert.
Cod. Si certa quantitate legata, legatarius one=
ratus fuerit rem majoris estimationis propriam
restituere, legato percepto tenetur rem restituere
legatario, neque in hac specie ultra vires legati
rogatur, nam agnoscendo legatum censendus est
rem suam non pluris estimasse, juxta Text. in d.
L. plane 94 § Si cui penult.º de leg. 1.º melior
Text. in L. Sed si non servus 36. ad. leg. falci.
Explicant Bart. Castre. Alberi. Cuma. et
Antiquiores, Cuj. lib. 20. qq.[umo] Papinia, in d.
L. Imperator. §. Si centum, Cuj. recte observat
non idem procedere si rem alienam rogatus est lega=
tarius dare, quia tunc non tenetur eam redimere
si majoris estimationis est, quam legatum. bonus
et difficilis Text. in L. 6. de fideicom. Libert.
quia non possumus dicere estimationem rei alienae
pendere ex voluntate legatarii, sicut pendet
rei propriae estimatio, quam rem prosequitur et
exornat idem Cuj. lib. 60. Pauli ad Edictum
in d. L. 6

In definitione

IN DEFINITIO,

a defuncto relicta.

1 Dicitur praeterea in defini. Justiniani a defuncto relicta, cui respondit Modestinus in L. Legatum 36. de leg. 2. ff. donatio testamento relicta, quia verbis Justiniani et modestini significatur legatum donationem esse revocabilem, cum natura ultimae voluntatis, non vero donationem irrevocabilem inter vivos, quae quidem ex plurium sententia testamento fieri non potest, quod quidem plures existimant procedere non solum cum testamento donatio per verbum legati celebratur, verum etiam et si verbo donationis legatario praesenti et aceptanti testamento donatio facta proponatur. qua in re apud interpretes valde agitatum est, et ab omnibus nostris antecessoribus animadversum non est, utrum testamento donatio irrevocabilis fieri possit, cum legatum relinquitur legatario praesenti et aceptanti, quae quidem investigatio in ~~punto~~ puncto juris difficilis est, et ad forenses disceptationes valde utilis et necesaria in qua negativa sententia probatur ex sequentibus: 1º. nam verbum donationis testamento scriptum non semper usurpatur de contractu donationis, sed aliquando intelligitur secundum subjectam materiam, bonus et singularis textus in L. Si uno 16. alias incipit, L, ex conducto 15. § Papinianus. ff. in L. Locationis 29. Locati. et argumento textus in L. damni 43. in principio de dam. infecto, subjecta vero materia cum testamentum sit, ubi donatio scripta est. sequitur

An donatio testamento fieri possit irrevocabilis.

Non semper verbum donationis in testamento accipitur de contractu. sed aliquando intelligitur secundum subjectam materiam =

Quod natura ipsius erit revocabilis. Deinde quia Legatum ttto. relictum dicitur, donatio ttto a defuncto relicta, et tamen legatum revocabile est usque ad ultimum vitæ exitum toto tit. de adimen. leg. Ergo et donatio ttto. scripta revocabilis erit, nec obstat præsentia et acceptatio legatarij, quia hæc non faciunt contraria Legato, pro qua parte expendendo gl. in l. si quis ita scripserit 14 de rebus dubijs. in l. dicta 22. Cod. de ttis. in §. legatarijs. inst. eo tit. de quibus juribus videndi sunt Cuj. lib 9. observa. Cap. 37. infi. et Rebardus. lib 2. Conjectane. Cap. 20. Duarenus ad tit. unico de ttis Cap. 6. Ant. fab. de Error. pragma. decade 66. Errore 1o. et 2o. Caron. lib 1. Verossimi. Cap. 10 // 3m. fundamentum deducitur ex eo quod quis debet uno contextu ttm. facere ita scilicet ne alienum actum immisceat l. heredes palam 21. §. 1o. de ttis. l. cum antiquitas 28. Cod. eo tit. contractus vero. sive donatio irrevocabilis alienus actus est a ttto. nam contra contraxerunt gesserunt, non pertinent ad jus testandi. l. contra 20 de q. S. igitur donatio facta in ttto. potius usurpatur pro Legato, quam pro actu contrario donationis inter vivos, ex quibus Sane fuerit Sententiam Socinus et relati ad. nram rubricam num. 63. Caldas Perei. in l. si Curatorem. Cod. de in integrum resti. verbo sine Curatore, num. 19. verbo sic, contrarium tamen Joa. fab. et Cumulati a Guqui. lib 5. Contro- versiarum Cap. 32. in prin. et insinuare videtur Ant. fab. de Erroribus, decade 43. Errore 2 =

Contrariam tamen

Sententiam tenent Bald. in l. cum num. 3. Cod. de

38 70

S. deliberandi, Cinus, Dinus et plures in locis positis a Tiraq. de J. Constitu. 1.p. glo. nu. 23. et 2.p. ample. 23. eleganter Ondedeus Consilio 44. pertotu. Manti. lib. 1. de Contractibus tit. 13. ex nu. 10. Peralta in L. Lucius la 1a nu. 12 de Leg. 2. Garzia, discepta. foren. discep. 247. nu. 23. Menochi. lib. 4. presumpt. 105. ex nu. 14. Menchaca. Controver. Illustri. Cap. 51. nu. 1. vers. contrariam parte. Mieres de majoratu 1.p. q. 23. nu. 31. et q. 31. fere pertota. Joan. delcastillo lib. 5. Contro= versia. Cap. 86. nu. 42. Ceball. practi. q. 140. a nu. 5 = que quidem sententia sequentibus jurisprudentie fundamentis fulcitur = 1. nam verba non sunt improprianda sed proprie intelligenda L. non ale= ter 69. de leg. 3. L. labeo 7. de supel. lega. et interpretanda sunt in potiori et potentiori significatu, auro. text. in L. quesitur, de statu hominum, in L. in testis de reg. juris. in Cap. si pater de testis in 6. ergo donatio facta in testo. potius de dona= tione inter vivos irrevocabili, quam de legato accipi= enda est, cum hec sit magis plenior et propria interpretatio. 2o. Cum in testo. presenti et acceptanti sit donatio, videtur res magis aperta, quoniam lega= tum revocabile presentiam aut acceptationem legatary non requirit L. cum pater 77. §. surdo de leg. 2. cu= jus contrarium in donatione procedit L. in omnibus rebus 53. de obli. et acti. L. absenti 10 de dona. cum si= milibus. 3o. facit nam et in testo. potest fieri contrac= tus irrevocabilis secundum veriorem doctrinam, que fulcitur et aprobatur ex vera interpretatione d. L. heredes pala. § ulo. de testis. de qua infra, L. Cum quis decedens 37 §. Codicilis de lega. 3. L. assig= nare

assignare). de assign. libert. l. impuberem 22. §. qui liberti ad l. Cornelia de falsis, in qq assignatio liberti n. est legatum nec fideicommissum, & tamen testo. fieri potest, l. 1. §. assignare, de assigna. liber. deinde fulcitur juribus expressis in l. n. est mirum 26. de pigno. act. in l. ex sententia 29, de testa. tutela Ib: quoniam promisisse, juncta l. spadonem 15. de excusati. tuto. et, in §. 1o. in l. eandem 9. de duobus reis Ib: testo. in l. si unus Cod. de pact. Ergo donatio facta testo. in favorem praesentis & acceptantis n. erit legatum sed contractus irrevocabilis ═

Ex qq n. ita expressatis ab interpretibus relatis, existimo tam scolastica disputatione qua praxi certum esse donationem simpliciter testo. factam, etiam per verbum donationis accipiendam pro legato revocabili ut erudite defendit Matt. ti. 46 8. de contractu. ti. 1. num. 37. Ad. Si testator testo. donaberit rem alicui praesenti & aceptanti. donatio inter vivos irrevocabilis, potius quam legatum concebitur. Ex juribus & doctoribus traditis pro 2a. sententia ═

Quando de revocabili donatione sive legato, verbum donatio testo. scriptum intelligatur.

Nec obstant contrariae sententiae fundamta. n. 1mo. nam procedit cum in dubio sumus, tunc enim verbum donatio testo. scriptum intelligitur de legato revocabili quatenus legatum donatio est, atque ita secundum subjectam materiam in dubio usurpatur verbum illud, n. vo. de donati. irrevocabili; si vo. contrarium appareat ex voluntate testantis, & ex subjecta materia 4

Materia veluti ad donatio[nem] ttt[ament]o scripta sunt in favore presentis et acceptantis pro donati[one] irrevocabili accipitur cum ttt[ament]o fieri possit ex sup[r]a dictis. Non etiam obstat legatum donationem esse revocabilem ex ti[tul]o de adimen. leg. nam Iustinianus non dixit absolute donationem esse, sed a defuncto relictam. et Modestinus ttt[ament]o relictam ttt[ament]i autem natura est ut revocari possit pro libero arbitrio usque ad mortem juxta sup[r]a tradita = | Utcunque legatum donatio non est. sed a testatore relicta, quo revocabilis efficitur =

Non obstat tandem

§ Ultimum fundamentum deductum ex d. l. heredes palam §. ult[im]o de ttt[amen]tis. l. cum antiquitas co[dice] eo ti[tul]o. qq. lovis statutum est ttt[amen]tum uno contextu faciendum esse. ita scilicet ne alienus actus misceatur. contractus vero sive donatio irrevocabilis extraneus actus est a ttt[ament]o d. l. iba ro de V. S. nam licet eo fundamento superatus fa= qui. lib. s. strober. cap. 32. existimaverit donationem inter vivos irrevocabilem ttt[ament]o fieri posse, ttt[amentu]m tamen inutile esse; ego arbitror ttt[amentu]m nihilominus valere et donationes, et vi contractus si presenti et acceptanti donatus fuerit neque obstat textus obscurus in d. l. heredes. § ult[im]o. nam procedit eo sensu ut quod ttt[ament]i non valeat contractus sive donatio irrevocabilis ttt[ament]o scripta sed in vim contractus aut donationis. nam alienus actus est a ttt[ament]o d. l. iba. atque ita ex voluntate eius qui donavit acceptatione sequuta subsistebitur ut contractus, pro qua sententia expendo ultra omnes textum mente tenendum in l. ult[im]a de revoc. don. quem notat Cuj. lib. 9. respons. | l. heredes palam §. ult[im]o de ttt[amen]tis. l. cum antiquitas co[dice] eo[dem] ti[tul]o =

respons. Pauli. Et ita tenendum est. quidquid Gofredus in d. L. Heredes. §. Ult.o num.o 6. Contendat in hac specie scilicet ad Sanguinis effusione defendendum Testamentum esse nullum, Cuius Sententia quae postea fuit Faquinei et supradictas Convincitur Concludenter ex eo, nam Contractus est actus modicus, id est, modici temporis, modicus autem actus, non dicitur alienus aut extraneus, et licet fiat actum uno temporis. Et Contextu celebrandum. arg.o text. in L. 1. § 1. de V. O. melior text. in L. duos 6. § Ult.o de duobus reis. notat Illig.e. ad Donellum lib. 6. Commen. Cap. 8. Litera C. Quam Sententiam verissimam esse, ex eo maxime Comprobatur, nam quod dicitur in supradictis d. iuribus Testamentum uno Contextu fieri debere, intelligendum est non de scriptura ipsa Testamenti. sed de solemnitatibus, atque ita Testamenti scriptura potest una die Confici, et post multum temporis intervallum possunt Solemnitates adhiberi, ac per Consequens quantumvis Contractus scriptus in Testamento sit alienus actus, non tamen viciatur Testamentum si Solemnitates uno Contextu adhibeantur L. hac Consultissima 21. § in omnibus Cod. de Testamentis. Explicat Done. lib. 6. Commentariorum Cap. 8.

6 Ex qua doctrina observo

unum

Unum satis singulare et ad praxim valde necessarium, nempe donationem factam in testamento anovitio in religione cum aceptatione donatarij praesentis intra duos menses, a die professionis fieri debere, aliquin inutilem esse ex nova dispositione Concilij Triden. Sessione 25. de regula Cap. 16. Si vero donatio simpliciter testamento fuerit scripta etiam a novitio facta extra terminum duorum mensium valet et tenet, quoniam talis donatio legati potius naturam revocabilem, quam donationis irrevocabilem habet, Concilij autem dispositio non procedit in testamento aut ultima voluntates, quippe qui testamentum factum a novitio ante duos menses professionis et sine licentia ordinarij sustineri, et legata in eo relicta tenent. Exornant et explicant Navarr. Comen. 2o de regula num. 51. Gutierez lib. 2. Canoni. Cap. 1. ex num. 31. Valasc. de partitio. Cap. 16. ex num. 15. Zeballos practica. q. 63. num. 6. Zenedo cum relatis Colecta. 50. ad decretum inf.. Novissime Pater Thomas Sanchez lib. 7. de statu religio Cap. 5. ex num. 13. Donatio vero scripta in testamento in favore praesentis et aceptantis cum naturam ultimae voluntatis revocabilem non habeat sed donationis, non valet sine licentia ordinarij et intra duos menses professionis ex d. Tridentini decreto. Observant in terminis Nava. lib. 3. Consilio. fi.o de regula. Consilio 83. Pater Thom. Sanchez ubi proxime =

Deinde ex sup.a dictis infertur certa resolutio ad illam celebrem et satis agitatam in

quid juris sit in donatione facta in testamento anovitio in Religione, cum aceptatione donatarij praesentis.

An irrebocabiles maneat, melioratio in fabore presentis et aceptantis traditi. Sequta et ttto. facta =

in omnibus tribunalibus Controuersia; Vtru scilicet meliorатio facta in fauore filij aut nepotis presentis et aceptantis traditi. Sequta etiam ttto. scripta irrebocabiles maneat, quasi traditi facta ex Contractu, potius qua ex ttto. aut legato, iuxta dispositione legis 17. Tauri. que hodie est, L. 1. tto 6. lib 5. noue recopi. et [redacted] habetr meliorationem factam cum traditi ex causa Contractus inter viuos irreuocabile esse, quas in q. interpretes inter se maxime digladiantr. Tello fernandez in d. L. 17. nu 86. probat meliorationem ttto. factam traditi Sequta irrebocabile fieri, quonia traditio ex causa donationis, seue Contractus. potius qua ex Causa legati facta videtr, qua doctrinam sequntr et illustrant Grego. lopez in L. 2. tto. 15. parta. 2. Ybo maioria. Colu. Vla. Moli. lib 4 de primoge. Cape 2 nuo 19. et Comune referunt Matien. in L. 1. tto 6. lib 5. recopila. Glosa 4. ex nu 25. Ant. Gomez tomo 1. Variaru, Cape 12. nu 4. Azeuedo in d. L. 1. ex nu 28. Jo. Andr. Angu. de meliorationibus Glosa 8. nu 30 Verso. in q autem principali. ex doctrina Acc. in L. legatu, de leg. 2. Contraria tamen Sententia et quide perpera ni falor defendunt Ant. Gomez d. L. 17. Tauri; nu 24 et Vlo. Matien. d proxime nu 27. qui afirmant legatu n amittere natura legati reuocabile ex eo qd ab ypso testatore res legata tradita fuerit, pro qua parte Consideranda in L. 4 de adimen. leg. in L. lucius titius 22. de leg. 2o.

2°. Ceterum Leges ad[versae] non obstant, nam in d. L. 4. nullum verbum reperitur de traditione rei Legatae facta a testatore, atque ita nihil probant =

8 Maiorem difficultatem habet difficile Celsi responsum in d. L. Lucius. §. Testator militiam et pretium eius dicto reliquit Publio Mevio, Sed cum Supervixisset testator vendidit militiam et pretium tradidit Publio Mevio, post mortem testatoris Publius Mevius militiam et pretium eius iterum ab heredibus exigebat, inquit Celsus pretium militiae praestari non oportere nisi Legatarius ostenderit testatorem post factam Solutionem sive traditionem iterum pretium militiae accipere voluisse, et si partem tantum pretii vivus testator Publio Mevio dedisset, alterius partis superesse exactionem, nisi poenitentia testatoris ab herede fuerit probata ergo poenitentiae locus est, ac per consequens traditio facta non videtur ex causa Contractus sed potius ex Legato. Deinde Subtiliter considerato ille est, nam si legatum de quo et traditum a testatore transiret in donationem irrevocabilem nulla foret dubitandi ratio, quoniam tradito pretio militiae a testatore videtur donatio Celebrata, ac per consequens ex Legato iterum peti potuisset, ut considerat Pau. Cabr. in eadem §um. igitur cum Celsus contrarium respondeat, videlicet ex Legato pretium aut militiam iterum peti non posse, manifeste insinuat traditionem factam a testatore Legati naturam et Solutionem habere; Nihilominus tamen contrarium verius esse existimamus memores L. Lucius Titius 22. de Leg. 2°.

Legatum

Legatum per traditionem a testatore factam transire in Quaestionem sive donationem irrevocabilem; neque obstat Textus in allegata L. Lucius, nam hic in 2.da parte habetur potius probat nostram sententiam, siquidem cum testator legatario tradidit partem pretii militiae legatae, in altera parte nondum tradita legatario superest actio nisi haeres probaverit testatorem revocasse legatum, ergo in parte non tradita manet legatum cum natura revocabili, non vero in parte tradita. Non etiam obstat 2.da Consideratio ex d. L. Lucius deducta, nam ratio dubitandi apud Celsum illa subtilis fuit quod legatum relictum fuit alternativum militiae aut pretii, quo casu traditione facta a testatore ~~pretii dicendum~~ ~~videbatur~~ pretii dicendum videbatur traditionem inducere donationem, ac per consequens ex legato superesse actionem ad consequendam alteram rem legatam; juxta textum expressum in L. Cujusmodi 84. §. Stitio Sticus de Leg. 1. Cujus contrarium probat nihilominus Celsus: Sed ratio differentiae est quia in amicitia redigunto [illegible] in d. L. Cujusmodi. §. Si Stitio. Cum d. L. Lucius est quia pretium non erat diversum a militia, sed potius quod ex ipsa militia exigi poterat, ac per consequens unum tantum unius rei legatum censetur in d. L. Lucius. Ergo tradito pretio militiae legatum extinctum fuit licet traditio donatio irrevocabilis inducatur, secus vero cum alternative una et altera res diversa legatur, nam tunc tradita

a

a Testatore altera eo donati superet legatum in altera l. cuiusmodi. § Setitio sicuti quod praestitum in d. l. Lucius. Et militia unum legatum non 8°. diversum constituunt, arg. text. in l. Titius 36. §. 1° de leg. 1. nam si diversum foret legatum traditio unius rei in altera superesset pro legato actio cum traditio donationem induceret, non pro legatum, quia omnia intelligenda sunt nisi contrarium appareat eo voluntate testatoris et quia contulit effectum meliorationis etiam traditione facta post mortem suam, et tradidit cum commemoratione testamenti aut legati, nam tunc remanet traditio revocabilis cum effectu ultimae voluntatis ut considerant Moli. Gre. Lop. et communis relata sententia sup.ª

9 Et apud Iustinianum in defi.e legatum donationem esse a defuncto relictam a Modestino in d. l. legatum dicta donatio testamento relicta, ut percipiatur non sine misterio a Iusti.° immutatum sciendum est legatum verbis directis testamento tantum antiquo potuisse relinqui, non vero codicillis, licet fideicommissa verbis obliquis testamento non solum, verum etiam codicillis utiliter relinquerentur, ut scripsit Ulpi. in fragmentis tit.° 25. Iusti. in §. praeterea. de fideicom. hered. unde legatum non nisi Latinis verbis poterat relinqui, fideicommissum autem Latinis, Graecis, alia ve lingua utiliter scribebatur l. fideicommissa 11 de leg. 3. videlicet quia Latina verba erant directa civilia et legitima atque ita directe relicta non nisi Latinis verbis utiliter praestabantur, ergo ea

d.

V.º Vba n. Sunt Civilia nec directa, bonus
Vbis in L. directas 14. Co.es de testam. manu. Et
fabore libertatis greca Vba pro directis ha=
bentr, Explicat et exornat Illioer. lib.
8. Comentarioru. Cap. 2. Litera C. vndeqq
juris Civilis Sunt Latine, que juris Gentiu
Grece et quacunq Lingua Cfici poterant, L.
Cun inutilis 8. § Vlt.º de aceptilati. Vnde
merito dubitatu fuit in L. qui tto 20. § Vlt.º
de tts. an testes qui Lingua latina Ignorant
Vtiliter adiberentr. tto. Hinc etia nnulli Exis=
timant stipulatione juris Gentiu esse, potius
qua Civilis, quia tam latinis qua grecis Vbis
alia Ve lingua Vtiliter Celebrabatr L. 1. § Vlt.º
de V.O. § 1. inst. eo tit.º Licet alij probabe=
rint juris Civilis potius esse. Ex L. 1. § penul.
de Ctra. empti.e L. 1. Locati, L. quoties 14
§ Vlt.º de nuat, junta L. deportatus 15. de
interdic. de qua re et Sciliati. Supª dicto=
ru juriu Videndi Sunt Cuj. in d. L. 1ª
§ Vlt.º et V.O. Ant. faber in ration. ad L.
in persona 30. § 1. de pactis. Igitr Cu jure
antiquo Legata n. potuissent nisi tto relinqui,
merito Modest. in d. L. Legatu dixit Legatu
esse Donatione tto relicta, Ceteru omnia
post Iustinianu in L. 2. Co.es Commu. de lega.
n. Solu tto Veru etia Codicilis potest legatu
Vbis directis relinqui in Iustinianea difinitio
dicetr Legatu Donatio a defunto relicta scili=
cet tto Vel Codicilis = 10.
Que diximus Iure antiquo Legata n. potuisse co=
dicilis

71

dicitis praestari ante Justinianum intelligenda
sunt, nisi Codicilli testamento fuerint confirmati, in
quibus legata et libertates directe relinqui pos=
sunt, nam licet ad valorem Codicillorum specialis
confirmatio testamento facta necessaria non sit, requiritur
tamen ut legata in eis scripta substineantur
l. 3. § ult. l. conficiuntur 8. § ult.º de jure codici=
lorum, l. libertates 43. de manu. testamento ratio est
quia eorum Codicillorum jus singulare est ut
quaecumque in his scribitur perinde habeatur ac si
in testamento scriptum foret l. 2. § Codicillorum. l. quem=
dam. § 1. l. conficiuntur 8. § si post factum
de jure Codici. l. quidem 14. Co. 4º. exornant late
Decianus Consilio 65. num. 18. Volum. 2 et Volum.
3. Consilio 38. num. 70. Done. lib. 7. Comenta.
Cap. 19. Ant. fab. lib. 10. Conjectura. Cap. 20.
et considerant pro hac parte Cujacius in l. impuberem
22. § Codicillos, ad leg. Corne. de fal. Unde anti=
qua fuit certa et cognita differentia Codicillorum
scilicet ante testamentum factos minime valere nisi testamento
vel Codicillis postea factis judicio supremae volun=
tatis retinerentur ut Papini. docet in l. 5. l. Plo=
tiana, 18. de jure Codicillo. Codicilli vero post testamentum facti
substinentur absque aliqua confirmatione d. l. 3. § ult.º
illo tit.º l. 5. § qui principale, de his quae ut indig.
l. 1. Co. de codicillis: id quidem postea immutatum
fuit Imperatorum constitutionibus, quibus cautum Codi=
cillos etiam ante testamentum scriptos absque aliqua confir=
matione valere si non appareat defunctum mutasse
voluntatem. § non tantum. inst. de Codicillis, de qua
re controversia est, inter Ant. fab. lib. 15. conjectu.
Cap.

Cap. 15. et Cuj. lib. 18. obserua. Cap. 7. de quorum sententia vera, et interpretatio textus in l. 2. §. Codicillorum, de ff. Codi. videndus est late Antecesor noster ad nostrum titulum Cap. 2. ex num. 4. vbi plura ita explicat =

De testis illis Iustiniani definitionis 11 ab heredes prestanda diximus nulla proxime circa explicationem textus in l. Lucius 22. de leg. 2. illud enim tantum animaduertendum est legatum regulariter a testatore relinqui vt ab herede post mortem soluatur, licet aliquando ex voluntate testatoris possit ab ipso tradi. Vnde haec verba necessaria non esse in definitione cum pluribus disputant et exornant Bart. in l. legatum 37. ex num. 1. de leg. 2. et Cuj. pluribus Preclar. ad nostrum titulum Cap. 2. num. 8. et 24. et. Videnda sunt quae libenter ommittimus =

Sequitur

SEQVITVR TRACTATVS
de Coequatione legatorum et fideicommissorum ad § 1. de leg. 1.

1 Brevis et laconicus stylus erit nostra enarratio
in hoc tractatu in quo tot sunt, quot sunt commentaria
interpretum et antecesorum volumina. et nucleum po-
tius transcriptum quam scriptum ipsum conferetur, nisi
ultra tradita selectiora quaedam observatione digna pro-
feremus, etenim ex supra dictis in nostris commentariis
ad nostrum titulum et illustrandis in sequentibus ad §.
Cum filio 11. eiusdem tituli, plures olim fuisse differentias
inter legata et fideicommissa, satis superque colligitur
plures etiam enumerantur ab Ulpiano in fragmentis titulo 24
et 25. quae ex variis jurisprudentium libris adjiciuntur
plures a Duareno ad nostrum titulum et lib. 2. disputa.
cap. 9. Donel. lib. 8. comm. cap. 2. Ant. Fa.
lib. 6. Conject. cap. 1. Alexan. Turamini in in-
storo lib. et tractatu de coequa. lega. ma-
xime cap. 1. et 3. Osvald. ad Donel. d. cap. 2
Litora C. a quo transcripsere nostri antecesores. igitur
antequam ad alias differentias non traditas a DD.
perveniamus, videamus de quaedam traditis, quae diffi-
cultatibus implicentur.

2 Praecipua differentia inter
legatum et fideicommissum ab interpretibus relatis
illa proponitur, nempe legata jure ordinario per
formulam sive actionem et judicem specialiter da-
tum peti convenisse, l. Eiusmodi 84. §. N. ,
de leg. 1. l. Si id ex Pamphila 33 de leg.
2. fideicommissa vero non per formulam aut acti-
onem jure ordinario, nec per judicem deputatum, sed
per ipsum praetorem extraordinaria persecutione pete-
bantur l. Filiis 35. vers. item, de auro et argento legato.

juncta L. 1. § medicoru. de Varijs et Extraordi. Cogni. de qq juribus Videndi sunt Duare. in Apologia de jurid. obseru. 6. Morla in Emporio ti.º 2. q 17. nu.º 17. L. pecunie §. persecutionis ff. de V. S. Vlp. in fragm. ti.º 25. Vers.º fideicommissa de qq juribus Videndus est Duare. lib. 2 disputa. ti. Cap. 9. que quidem differentia ita absolute proposita a DD relatis et antecesoribus nris, ita temperanda esse obseruamus, Vt in fideicommissorum juditio Extraordinario prætor ipse Cognosceret, Executio V.º restitutionis fideicommissi mandaretur judici ad Exequendum dato, et ita interpretanda et declaranda in L. penult. de Vsuris in L. sicut 12. de Leg. 3. in L. Sig.do 109. §. vlt. de leg. 1.º notauit Gottofre. in d. L. pen. litera D. Cuy ad Tract. 9. ad Africanum Cuius Contrarium in judicijs ordinarijs obseruatur, in quibus Cognoscebat judex datus Executioni vero mandabat qui dederat Vt in L. a Diuo Pio 15. de re judi. ad quam quidem differentiam respexit Iustin. Imper. in L. 1. C. Comunia de leg. dum inquit missionem in rem, per scrupulosas quasdam ambages fieri Consueuisse.

Fulcitur etiam ratio superiori antiqua differentia inter Legata et fideicommissa que non obseruarunt Antecesores, nempe actiones omnes juris ciuilis esse in L. 2. §. deinde ex his Legibus. de orig. juris, quo sensu Ciuiles appellantur in L. in Comodato §. Sicut. Comodati. in L. 3. Vers.º Sed Signatis. nautæ. Caup. et stabu. L. actionum genera 24 de O. et act. §. Sed iste quidem inst.a de actio. nec ab hac sententia

el Padre podria yr a facer Cautivo ... de España, seyendo el P.e Cercado en ... Como que tobiese de S., si fuese tan cuytado de fambre que no obiese, al, que Comer, puede Comer al fijo, sin mala estanza Antes que dise el Castillo, sin mandado del Señor, onde siesto puede facer Por el S. quisada Cosa es que lo puede facer por si mesmo = Unde Divus Hieronimus ait lib 3.o super Amos nihil est enim fame durius, quae saepe compellit obsesos, humanis vesci carnibus et in sua[m] seuire naturam, itaque ut neque parentes paruulis Liberis parcant, et maritalis afectus Uxoris dudum amatae membra lalaceret, ergo non solum occidere, sed et comedere, licet parentibus proprios filios nec mirum si id quod non est licitum in lege, necesitas faciat licitum, Cap.e quod non est de regulis iuris e contra, ideo tradit ... Pl... lib 1o de republica, necesitatem Deam esse ... carum matrem, ... inter caeteras nulla saeuior miserior que quam fames, ex traditis a Tiriquello tractatu de paenis temperandis Cap.e 33. =

num. 13 Contrarium tamen omnino tenendum est, scilicet id licite fieri non posse, ex his quae supra diximus nam innocentis occisio nullo iure probatur, praecipue si esset infans ex nulla causa delicti existente, ... etiam apud Romanos qui sunt ius vitae necis que in filios parentibus tribuerunt, iuxta id quod de illis praemisimus, num. 9, ex Alciarnasseo lib 2.o; deinde quia tantum illis quos Deus opt. Max. id praecepit, permissum fuisse tradit Augustinus in dicto Cap.e 9. § quasdam, ergo caeteri id facere nequeunt, ex his quae ex Divo Theo.o retulimus num. 10. = nec adductae in contrarium probant non primum quia id.

... vero sibuet Aug.ᵗⁿ n. 2ᵐᵒ ex l. Castellis
quem ibi Gregorius Lopez permissio tantum ut
quis n. tollit homicidij malitiam = sed difficile est an eo
casu filio aparente occiso liceat illi in illa specie,
et quidem licet multi negent, plures affirmant, sci-
licet Abulensis lib. 4 regum, Cap. 6, Navarrus
in manuali Cap. 23 num.º 122. Toletus de peccatis
mortalibus Cap. 60. Azor par. 1.ª lib. 7.º Cap. 33. q.
1. et Alij relati Alesio de just.ª et jure lib. 4
Cap. 3. Dubitat. 2.ª =
num. 14 Inde etiam descendet quod cum servi in potestate do-
minorum essent, apud omnes pene gentes l. 1.ª
ff. de his qui sunt sui, Duarenus in Par-
titis ad titulum Cap. 1. Donellus lib. 2º Commen-
tariorum Cap. 9. vita existente causa occidere po-
terant, licet de facto absque ea id effecerunt, ut de
Vedio Polione refert Seneca lib. 1º de clementia
Cap. 5. Alciatus lib. 11 Parergon, Cap. 10. Hinc
quadrupedibus equiparati l. 2. ff. ad l. Aquiliam
Hinc sine nomine, Pancirola lib. 1º Variarum Cap.
45 Hinc Compedibus Vincti, l. et eleganter 7. §
idem Labeo ff. de dolo, ut ita terras excercerent, Se-
neca lib. 7º de Beneficijs Cap. 10, Hinc Ergastulis,
de quibus Lipsius lib. 2º electorum Cap. 15. sed postea
hac amplissima facultas ab Imperatore Antonino
moderata est, dicta l. 1.ª § 2.º Covarruvias lib.
2º Cap. 6. Donellus ubi supra et servum occi-
dens obnoxius est poenis legis Corneliae l. 1.ª §
2º ff. eodem l. in deneratius 23. § si dolo ff. ad
leg. Aquiliam. l. Circumcitere 11 § post leg. ff. ad leg.
Corneliam

Corneliã de Sicarijs, licet Servos [illegible]
dñi coercere possint absq. nimia sævitia l. [illegible]
de emmendatione Servorũ, Decius in l. Vtrum [illegible]
18 ff. de iust.ª et iure = qq. n. refragatr. Vlpianus
in l. Locũ 27. § 1°. ff de Vsufructu, l. si constante 24.
§ si maritus. ff soluto matrimonio, quia agunt de sæ=
vitia, quæ n. est per se immoderata, sed tantũ respectu
delicti, Iulius Pacius Centuria 1.ª q. 30. Faber
in rationali ad dictũ § 1mo

nus 15 Fit etiã ex prædicta definit.e qd. cũ omnẽ animantiũ
generi fuerit a natura tributũ, Vt se corpusq. suũ vi tueatr,
l. 3ª ff de iust.ª et iure, l. 1.ª § cũ arietes. ff
si quadrupes pauperiẽ fecisse dicatr, l. sed et partus
12.ª § 1°. ff de eo qd. metus causa, l. itaq. 4. ff
ad l. Aquiliã. l. 1ª § Vĩ Vi. ff de Vi armata,
Rainaldus Corsus indagationũ lib. 3°. Cap.e 2°. Ca=
varidas lib. 1°. Cap.e 1°. Donelus lib. 1° Cap.e 7°. Re
bardus lib. 1° Variorũ, Cap.e 1. Petrus Faber lib. 2°.
semestriũ, Cap.e 26, ita Vt homicidij reus n. sit, qui
cũ moderamine inculpatæ tutelæ aggressorẽ occiderit
Cap.e ius naturale 7° dist.e 1.ª Cap.e delecto 6 de senten.ª
excomunicationis: hoi lib. ratio est, quia leges animad=
verterunt, melius esse occurrere in temp.e quã post exi=
tũ Vindicare, ideo aggredienti Velox iubent esse suppliciũ,
et ius aggress.o exercendæ publicæ Vltionis indultũ,
Vt mortẽ quã minabatr. excipiat, et in qd. intende=
bat incurrat, Vt eleganter Imperatores rescribunt in
l. 1ª et 2.ª co.e quando liceat Vnicuiq. sine Iudice

... ... ex apud Romanos Josts in Castris ... occidere n̄ licuit, Sacram^to^ militarem obs= ... ... Plutarcho problemate 38, ne occiso ... ... necessitate cogente permitteretur, Cuius so= lemnia recenset Decciu^s^ lib 2°. de re militari, No= nius Marcellus lib 21 —

Nu^o^ 16 Que aggressio n̄ solum respectu sui sed etiam Liberorum propria reputatur, quia pro affectu maioris in liberis parentes tenentur, l. isti quidem 8.^a^ in fine ff. de eo q^d^ metus Causa, idem dicendum de Uxore, respectu mari= ti, Genesis Cap^e^ 2°. de fratribus & consanguineis, Cap^e^ n̄ existimemus 13. q^e^ 2^a^ Cap^e^. sciant Cuncti de elect^e^ Gos lib de amicitia. Aristoteles lib 9 Ethicorum Cap^e^ 4 & est tex elegans in l. si Libertus 27 ff de operis Libertorum de domesticis Clementina 1.^a^ de excessibus prelatorum, & denique respectu cuiuscumque hominis inculpe aggressi, Cum inter omnes Cogna= tionem quamdam natura Constituerit Dicta l. Ut Vim ff de just^a^ & jure, innumeros adducit Farina= cius Ubi Supra, adeo Ut aliqui defendentem inculpe aggressum ab omni irregularitatis nota eximant, post laudat Lusius Detorres de Censuris lib 9°. disp^e^. 65. Dubio 4° =

Nu^o^ 17 Predicta tamen indubium locantur quia eque Vita pro= ximorum ac nostra diligenda est Nauarrus in Summa Cap^e^. 27. Maiolus de irregularitate lib 5° cap^e^ 48.- = deinde quia quando aliquis ad aliquid obligatus est, n̄ potest pro eo faciendo aliquid recipere l. 2^a^. § sed si dedit ff de Condit^e^. ob turpem Causam, ... l.

L. Ultima ff eodem, sed quicunque [illegible] [illegible]
tenetur, potest de aliquo recuperando paciscí, [illegible]
Celse, in L metum 9.a § sed licet ff de eo quod metus
Causa, ergo si obligatus non est, non dicetur defensio necessa-
ria, iuxta id quod diximus num.o 15 = Sed predicta non obs=
tant non primum quia id iuxta predictos interpretes intel
ligendum est, quando non adest aliqua circunstantia, que
Contrarium suadeat, Ut in presenti, quis enim tam
Stupidus est, qui iniustum aggressorem equi ac innocentem
diligendum existimet. sibi enim aggressor imputet
argumento Legis Simulacer 21 ff de eo quod metus
Causa = nec secundum aliquid oro stat quia licet
illo textu ductus Bartolus ibidem existimet quem non teneri
alij opem ferre in hac necesitate Constituto, et ita respon=
det ad eum multipliciter, sed omnibus his que ex eodem
tradit Philipus Decius in dicta L. Ut Uim num.o 33. [illegible]
dicendum existimo quod licet quis proximum iniuste
aggressum tueri teneatur, Cap.e non inferenda 7.o 23 q
3.a et Cap. quante 47. de sententia excomunicatio=
nis iuncta Glossa Verbo interpretans non tamen id
gratis facere tenetur, Cum possit pro remuneratione aliquid
accipere Ut Paulus ait in L si pater 34. § si quis
ff de donationibus et ita est intelligendus Ul=
pianus in dicto § sed licet Ut pluribus relatis
tenet Cobarrubias in regula peccatum par 3.a
§ 3.o Alexander Ab Alexandro genialium dierum
Lib. 5.o Cap.e 1 et sic etiam est intelligendus idem
Consultus in L idem 4. § si tibi indictum ff de

Condict.° ob turpe causa, etc. in L. solent 15. ff. de praescriptis verbis, ~~w~~ uenerisqs traditis ab Ant.° Fabro in rationali ad dictas Leges, Pater Vazquez in tract.u de restitut.e Cap.e 7°. dubio 5° nu.s 42

nu.s 18 Adue[r]sari[u]s supra dicta Concilij Tridentini decretu Sess.e 14. Cap.e 7. Ubi haec verba habet, Si homicidiu, Vim Vi repelendo, Vt quis se amorte defendat, fuiss[e] Commisu narretur ei quodammodo iure dispensatio debeatur etc. quibus probatur euidenter etia in sui tutela esse homicidiu illicitu, alias n. incurreretur irregularitas ad qua abolenda dispensatio necessario desideratur, ex regula Legis decem ff. de Verboru obligationibus § Seruus institutionu de Capitis diminutione =

nu.s 19 - Sed tridentinu n. obstat quia Supposuit excessisse moderame inculpatae tutelae se defendente Vt intelligit Nauarrus Concilio 36, Suarez de Censuris disput.e 46 Sess.e 1.a Enrriquez in summa 2.a p.e Lib 14 Cap.e 10, Vel potest dici illa Verba dispensatione deueri n. significare dispensatione praelati, Sed eo Casu etc. tali ratione ab ipso iure dispensatione indulgeri debere. Vt factu est in Clementina Si furiosus hor tit.° ita Emanuel Rodriguez Cap.e 172 etc. Licet nemo inimo i[n]certat, existimamus Conciliu Secretisse ad id quod antiquitus fieri Solebat, scilicet Semper obnoxiu aliqui poena remansisse eu qui etc. si Vitae suae tuendae Causa aliu interfecerat, Vel Casu fortuito, Vt liquet ex L eu qui Co.e ad L Corne

Lia

tiz de Sicarijs Vbi fortuito Homicidio Commis absolui Imperatores iubent eū qui occidit, secundū id inquiunt qd nra anotatio Comprehensū est, Vbi anotatio nihil aliud est quā indulgentia principis eius manu subscripta Vt eleganter obseruat Cujacius lib 20 obseruationū Capite 23 Et in Galia id etiā receptū testatr Forcatulus Vel Criminalis dilucida tratatir titº de abolitionibus numº 14 Et conducit ad hoc qd quamuis defensio iusta cen- seri fuerit apud Hebreos Et Romanos, quedā erant Expiationes necesariæ, propter Vltimā illā omniū apud ipsos Communionē; Vt ex Turnebo Et Philone refer Osualdus lib 1) commen Variorum Capite 2º, Letera I, —

numº 20 Nunc ex ordine insipiciendū est quando quis ag- gresor existimandus sit Vt in propria defensione occidi possit, Et licet Plura tradant Antonius Go- mes tomo 3 Variarū, Capite 3º, numº 10, Silvester Verbo Homicidiū 1º. qe 2ª. Nabarra de restitutione lib 2º Capite 3, parte 3ª dubio 3º nos ea magna brebitate trademus, nā 1º necesū est qd re ipsa aggresor armis feriat, Dicta Lex ut Vz. Gal- ganetus de iure publico titº 32. numº 22. Vel ad Vulnerandū accedat nisi illū fugat Vel preue niat, nā tunc occidere poterit aggresus arou Legis in l 29. ff locati, Vbi Baldus l 1ª § 3º. ff de sicarijs, nisi ecclesiasticus sit, Vel talis persona cui fuga dedecori Vertatr, Vt eleganter Considerat Tesaurus decisio lib 2º Capite

3º, dub.º 8, num. 44º = Secundo aggressor existimabitur si nondum accedit, sed ad invadendum instructus est ut si maritus pugionem condidit sub cervicali ut uxorem interimat, quem ipsa occidere poterit si certo cognoscat aliud remedium non superesse argumento legis si ut alegis Cº de sicarijs = Tertio si malefica positis certis signis assidue per demonem noceat, Plaza in epitome delictorum Capl. 21: num. 12. Mascardus de probationibus lib. 3º. Conclusione 1126.

Num.º 21 Diximus quid sit aggressio superest inquirere quid inculpata tutela sit, quae nihil aliud est quam defensio innoxia non animo ulciscendi facta secte Paulo in l. scientiam 45. § qui cum aliter ff ad legem aquiliam, Donelus dicto lib. 17. Capl. 2º. quod estimatur ex ipsis personis ut si contra imbellem foeminam vel ebrium qui manu repelli potuit robustus ad verbera vulnera caedem que prouit tam ex loco ut sicut dominus casu nostro esset putus provocante adversario probijt ex manus conserere maluit, nam caedes secuta ac homicida teneri, Donelus dicto Capl. 2º. Iacobus Cujatius lib. 5º observationum Capl. 18 Vsualdus libro supra quitamen tunc occideret et si esset poenam obnoxius quia excessit modamen inculpatae tutelae non ordinaria sed extraordinaria poena erit afficiendus, ignoscendum enim est ei qui voluit se ulcisci provocatus, ut Vlpianus ait in l. qui cum maior 14. § si libertus ff de bonis libertorum pluribus adductis

Tenet Andreas Faquineus lib. 1°. Controversiarum cap. 32. =

num.° 22. Ex traditis descendit non solum pro vita sed etiam pro Honore posse aliquem suum aggressorem occidere, & Homicidii reum non esse, cum lequa lance [illegible] judicentur honor & vita l. isti quidem 8.ª § qd si dederit ff. de eo qd metus causa, l. Iulianus 26 ff. si quis omissa causa testamenti, l. iusta causa 11. ff. de manumissis vindicta, Trentacinquius practicarum lib. 1°. resolut.e 1.ª Menchaca illustrium lib. 1°. cap. 11. & 18. Fricherus de existimat.e lib. 2° cap. 8. Daomaderus in Enquiriridione parium verbo honor Sanchez de matri.° lib. 4°. disp.e 5.ª num.° 13. Osualdus dicto cap.e 2°. litera I. Faber in rationali ad dictam l. 8.am § qd si dederit. Torres ubi sup.ª dubio 3°. Antonius Gomez. dicto cap. 3° num.° 23. Acuña 1.ª p.e decreti Con cap.e 3°. distinctione 4)

num.° 23 Quibus non sciendum venit, Duncens in Centuria 4.ª Desert.es 8 & qui Cornelius dut Gorilate lib. 2°. Selectarum cap.e 22 putatur non posse habere immunitatem a poena legis Corneliae qui honoris tutelam, alium interficiat nisi honoris periculum fuerit, etiam cum vitae periculo coniunctum qd evidenter convincitur ex Paulo in dicta l. isti quidem 8.ª § qd si dederit ff de eo qd metus causa cum metus iste exquirit viris boris maior quam mortis esse debeat, sed ipse Duncens Paulo verba effugere conatur, respondens tantum agere de contractuum rescisione quam inducit stupri metus non de causa de quo nos agimus = Sed cuius pace veritatis sensus longe aberravit nam inquiro qua ratione nitatur ut quis in vitae tutelam possit aggressorem occidere? necesse est ut sibi constet dicat propter vim illatam injuste, in re aeternam [illegible] digniori [illegible]. Sed honoris amissio [illegible]

prohibeat timetur, ut ibidem Consultus ait. Ergo
necesse est ut fateatur in cuius tutela aggressorem
occidi posse. Deinde ipse Auctor ut plures alias
omnimodamque rationes textu expressum nos ammirato
verbit, qui iniuriae ratione a poena legis Corneliae
eximit, stuprum inferre volentem, siquis occidat
in l. 1ª § Item divus ff de Sicarijs, ubi in
haec verba Consultus ait, item Divus Adrianus res=
cripsit eum, qui stuprum sibi vel suis verbis infe-
rentem occidit, dimittendum, idem confirmat Paulus
lib 5º Sententiarum tit.º 23. in haec verba, qui
latronem caedem sibi inferentem vel alium quemlibet
stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit
Alius enim vitam, alius pudorem
publico facinore defendit
Et cum iurisconsultis asserere licet honoris peri
culum et castitatis et pudoris a legis Corneliae
poena tribuere escusationem, ut Hispaniae nostrae
legibus est captum praecipue in l. 7.ª tit.º 33 par
tit.ª 3. et ita in honoris tutela interfici posse
tradunt Azor lib 1º cap.le 10 quaest.le 6.ª Osual
dus lib 17 cap.le 2.º litera N.=
num.º 24 Turbat tamen praedicta Ulpiani responsum in l.
nec timorem 7.ª in principio ff de eo quod metus
causa, ubi nec timorem infamiae ex edicto conti
neri respondit, ac si honor cuius estimationis esse de
beat, ut solent meticulosus qui re ista frustra
timet existimationis intentum veritati. Cui di
ficultati ommisso Iulio pacio Centuria 2.ª
acertione 68. Et donellus lib 15. cap 39. qui
conveniunt contradictis per Covarrubias cap
18 practicarum, respondendum est Ulpianum in=
telligendum de levi infamia cui facile occurri

potest quem metum iustum non induxit, quem suadetur
ex verbis quem subdet Consultus de sedatione
cum deleui tantum intelligatur ex consequentia
quam Consultus ellicit in versiculo proinde sec
post Agursium et Gotofredum relati a Syro.
in l 2a de just.a et jure cap.o 12. nu.o 35
Farinatius et alij quos adducit Basilius de
matri.o lib 4 cap.e 4.

Nu.o 25 quibus consequens est quod si nobilis infamia qui non laborans
ad suam estimationem tuendam post impositam ala=
pam percutientem insequatur et occidat l Cornelia
non teneatur, Nauarrus in Manuali cap.le 25 nu.s 4
Suarez de Censuris disput.e 46 sec.e 1a. licet enim
tutum asserat, Diana Moralium part.e 2a tractatu
1.o Miscelaneo 1 5 16. Pedaertz est adeo tutum
ut irregularitatem non incurrit tradat idem Diana
tertia parte Moralium tract.u 5.o Miscelaneo 90

Nu.o 26. Ex quo etiam fit quod maritus tuta conscientia
interficere possit adulterum qui illius ~~honorem~~ uxo=
ris instrumento labefactat nam alias id non efficies
patronus videbitur turpitudinis. Uxoris cap.o quem=
ad modum 25. § illud de jure jurando. Secundo
quia 12 tabularum verbis his verbis praecipitur,
necam in adulterio deprehensam necato et porta
Imp.es Confirmarunt idem quod Castellum leges fecere
in l 12. et 13. tit.o 17 partit.a 7 et l 82
Tauri = 3.o quia minister a lege est constitutis
ad inferendum supplicium delinquentibus cum no=
torius examinat.e non egeat, cap.e Bonae 23.
§ licet de electione quam opinionem probabilem
esse ait. Syrius dicto lib. 2 cap.e 9 Dubio 5.o

Sed

num 2) Sed contraria verior sententia est, quia cum in materia peccati debeamus stare, legibus pontificiis cap. ultimo de praescriptionibus cum simlibus, et ecclesia gladium non habeat, nisi spiritualem, et ecclesia non occidat sed vivificet, in praesenti casu non licet absque peccato, ut Nicolaus Primus in cap. inter haec 6. 33 q. 2a. quod confirmatur Stephani Papae authoritate in cap. admonere 8o. statim sequenti, ubi hac specie proposita subdit, occidere tamen eam nullatenus debuisti quia Deus non vult mortem peccatoris illam aut Aug.nus in cap. sicut venius 9o. cap. placuit 10. eadem causa et quaestione — deinde quia si id liceret maxime propter legem sed haec lex esse non potest, quia cum eius nomen non mereatur quae iusta non est teste Aug.o libro 1o. de libero arbitrio cap. 5o. haec in numeris scandalis additum apperiret, nam posset facile maritus mulierem prohibito interficere eo praetextu quod in fragranti eam reperisset delicto, ulterius quia quoties actus non potest fieri sine periculo peccati nequit a lege probari, quis enim dubitet tunc adesse vindictae studium, ergo per legem fieri non potest — ultimo quomodo enim coniuges colore occidere licebit quando ipsis adulteriis legitime convictis ipsa lex tempus concedit ad sacramentalem poenitentiam et quam denegare esset iniusta ut cita haec sententia defendit a 60 et amplius doctoribus quod adducit Sanchez de matrim.o libro 1o. disputat. 8 num. 39. Basilius eodem tractatu libro 9o cap. 17. numero =

Num.° 28. Nunc non obstat in contrarium adducta quia alia via superest ut poena sufficienti adulteri quod sufficit ut maritus a vi turpitudinis non videatur patronus de qua poena late agunt Cujatius lib. 20. observationum cap.° 18. Menochius de arbitrariis casu 419. Corrasius lib. 1 miscelanearum cap.° 1.° Antonius Faber lib. 2 conjecturarum cap.° 20 = neque secundum quia leges non semel verbo imperandi utuntur, dum solum permittunt vera et eleganti ratione quia quoties aliquid permittitur caeteris a lege iniungitur, obligatione ne vetent et significant = nec lex Gracus adducta aliquid facit quia lex impunitate et remisione poenae non cesat turpitudo, ut sequitur lex toto tit.° de concubinis. et proemio tituli 14. partita 4.ª ut observat eleganter Osvaldus Hilgerus lib. 15. commentariorum cap. 29. litera K nec leges Hispaniae quibus videtur maritum constitutum esse ministrum quod patet lex l. 82 Tauri ibi = El marido que matare por su propia authoridad al adultero o adultera aunque los tome in fraganti delicto y sea justamente ecepta la muerte no gane dote ni vienes del que matare salvo si los matare por authoridad de nuestra Justicia. quibus verbis propria authoritas publicae opponitur, ergo lo sese maritus omicida bonis occisorum non privaretur cui non obstat illud verbum justamente quia non significat legitime ut in d. lege Gracus

& l. de [?] quia adulterii occisio malo more fieri
dicitur in l. nec timore ... § proinde & in l.
Et quidem 8.a ff de eo quod metus causa =

num 29 Ex predictis etiam fit quod cum in sui tutela quis vo
leat interficere & in defensione honoris possit
etiam in bonorum defensione interimere cum vita, honor,
& pecunia æquiparentur. Iodocus Dalmaderus
in enquiridione parium verbo pecunia quia
ipsa etiam vita reputatur. l. illicitas 6.a § ne te-
nuis ff de officio presidis ubi Gottofredus l. ad vo
cam 14. Co. de advocatis diversorum iudiciorum ubi
Acursius verbo vitam & ducitur nobilitas repu-
tentur l. nobiliores 3.a Co. de commertijs & merca-
toribus l. 2.a versiculo quid enim Co. quando & quo
4.a pars debeatur lib. 10, nec mirum cum D. August.
lib. 4 de Civitate Dei. Cap. 21. & 24 Pecunia
ut dea superstitiosis honoribus fuerit prosequuta
& ea ratione, homicidium in bonorum tutela communiter
licitum esse defendunt Bartolus in d. l. ut vim
Vivius communium opinionum opinione 85. Sa-
yrus in Clavi regia lib. 7 Cap. 10 Molina de
iust.a & iure tractatu 3° disputat. 16. Azor parte
3.a lib. 2. Cap. 1°. quaest. 9 & plures adducti
a patre Lesio ubi supra Cap. 9 dubit. 11. &
Farinatio tomo 4 quaest. 125 Parte 4. in princ.
& de jure pontificio est text. elegans in Cap.
suscepto 6 de sententia excommunicationis
lib. 6.° = =

num 30 Sed res adhuc in tuto collocata non videtur, obstat enim
Ulpiani responsum in l. si ex plagis 52 § 1.° ff ad l.
Aquiliam quo tenuit se tabernarius, qui fodit oculum lucer-
nam furanti, qui ipsum tabernarium lucernam recuperare
desiderantem verberare coeperat, in nulla culpa est
at si ab eo fure non prius esset verberatus secus esse
Consultus ostendit. Ergo ob defensionem rerum non solum
occidere, verum neque percutere licebit, = Sed pluribus
rejectis dicendum est, ideo in dicto § 1.° non licuisse

Tabernario occulum suum effodere etiam si eam [illegible] quia Lucerna illa, quam recuperare desiderabat nullius erat, vel parui valoris, ut eleganter respondet Andreas Faquineus lib. 2o Controuersiarum Cap. 31. Prosper Farinatius ubi sup.as num. 202. —

num. 31. Quae omnia Certissima sunt si aliquae Conditiones adsint Vt 1.as si damnum grauis nocumentis sit et actu inferatur injuste, 2.a ut non sit reparabile vel tanta cum difficultate ut ob eam graue nimis Cenceatur detrimentum. 3.a ut vere sit defensio et moderata ut diximus num. 4.as ut non possit alio modo fieri nisi per mortem aggressoris, quia in hoc enim Casu Caritas non obligat erga proximum ad praeferendam vitam illius bonis propriis quia proximus non est in necessitate sed in malitia quam Voluntarie aggressor eligit = praeterea Contra justitiam non est quia aggressor sibi debet imputare vitae damnum, nam se defendens utitur jure suo, ultimo quia vitae defensionem defensio bonorum sic potest Conjungi ut quicumque in rebus sibi necessariis defendendis incitatur vitam etiam defendere, [illegible] Videatur ut eleganter Considerat Alexander Sperelinus lib. singulari de legibus Cap. 2 num. 18 =

num. 32 Dum haec scriberemus incidimus in Antonium Allerendam lib. 5o Controuersiarum juris Cap. 20 tanquam Oraculum Certissimum defendet quod si fur rem magni pretij subripiat excaecum sas portet ita ut spes eius recuperandae deficiat nisi occidatur non posset licite interimi quod omnino oppositum Contrarium est. ideo quam breviter eius argumenta referenda et refellenda sunt. primo enim adducit Alexandrij tertij rescriptum in Cap. suscepimus 10 de Homicidio ubi haec verba profert, Verum quoniam expediebat potius Vnicam relinquere aliam et rerum substinere iacturam quam pro obseruandis vilibus rebus et transitoriis tam acriter in alios exardescere abstineat ille humiliter

ab Altaris ministerio [illegible] et utrq peccata sua studeat explere in qua specie agebatur de illis qui furem occiderant, non observato moderamine inculpatæ tutelæ et famæ pontifex omissa hac ratione ait peccasse cum non expediens pro rerum tutela hominem occidere, et rationem adducit. scilicet quia est contra mansuetudinem ecclesiasticam quod non faceret si propter rerum quantumvis preciosarum jacturam hominem interficere liceret = Secundo adducit Paulum in l. si pignore § 4 § furem et dicta lex itaque 4am ff. ad leg. Aquiliam. leg. nec timore 3a. § proinde ff de eo quod metus causa et Aug.um in cap. si perfodiens 3o. hoc tit.o ergo si non aliter furem interficere licet quam si se telo defendat, eum de quo agimus interimere non licebit = 3o. quia diversa est mobilium et immobilium rerum causa, quando mobilium semel ammissa custodia efficit ut posesio ammittatur teste Papiniano in l. si rem 47 ff. de adquirenda possessione quod non est in rebus immobilibus. ideo in illis contrectatio et consequenter furtum non datur § quod autem 7o institutionum de usucapionibus, ergo semel a fure adepta possessione non poterit dominus ipsum ea per occisionem spoliare =

Num. 33 Hæc sunt fortiora argumenta quæ hanc partem ut vix existimat veram esse evidenter ostendit contrariam et tenentes sententiam vulgares appellat interpretes sed quantum a vero discedat monstrare non est difficile cum præter l. 1am et 2am Cod. quando liceat unicuique sine judice se vindicare, ut texs in l. 1a. Cod. unde vi, l. 1a §. cum igitur ff de vi et via armata et de jure pontificio de personis ecclesiasticis agens, texs in cap. dum causam 12 de restitut. spoliatorum, melior in d. cap. Delecto 6. de sententia excomunicationis hoc tit. ubi Pontifex Alexander tertius ait, si prædictus clericus bonis suis mundanis injuriose spoliare vel ea violenter occupare presumserit. junctaque Glossa ibi quæ dicit non esse geminationem verborum

maz exemplare reporti ad monilia et occupare ad omnia, ergo etiam de jure Canonico id licet. 2º. quia quod adversus quemcumque debitorem admissum est, recto magis adversus iure fugientem. Hinc, docente quod absentibus est recipiendum, sed debitorem fugientem licet creditori violenter apprehendere. Ut sostendit Ulpianus in l. ait praetor § ... si debitorem in fraudem creditorem. Alias nullum auxilium sentiret creditor, si non ejus crediti committeret intra debitum, sicut dicitur l. 3. ff. de eo quod metus causa ~~...~~ ~~... ...~~ Et hunc sensum sunt intelligenda quae tradit Everardus Bronchorst Centuria 4 assertione 8. Ergo melius in fure dicendum est qui poterit apprehendi violenter. Et si apprehendi se possit occidi cum multo magis sit injurius. Alias in potestate improborum esset viros bonos spoliare. Ut eleganter ratiocinatur Donellus d. lib. 13 cap. 2. Ut quis fur palmas suat de uitas l. penultima ff de condictione causa data. l. l. interdum 56 § primo ff de furtis, Cujacius lib. 9 observationum cap. 37 Forcatulus dialogo 29 ... omnino Osualdo lib. 15 cap. 29 litera O. Et ita plerique omnis sequentur doctores quos superiore numero retulimus.

Num. 34. Nunc argumenta ab Ant.º merendo adducta in obstant. et primum ex d. cap. 10. quia videtur spirante ratione majori quae cum misterio moderamen inculpatae tutelae ... dictatum pontifex eleganter sustendit illo vero contra mansuetudinem ecclesiasticam, quod omnino praedicta interpretem statuit quia cum mansuetudo sit virtus vindictae temperamentum ad differentiam clementiae quae nihil aliud est quam ... quae jubet

Et in flici possunt, moderamio teste Seneca lib. 2.
de clementia Cap. 3. Divo Thoma 2.a 2.e q. 155.
Lessio de just.a lib. 4 Cap. 4 Disputatione 5.a art. 6
Et monachi in fures illos manibus revinctos nimio
furore coarcerint, cum illos ab eo abstinere de=
berent subtiliter illis verbis cos moderamen incul=
pate tutelæ excedere et ira percitos in illorum
necem conspirare significavit, quare illos juxta
Canonicas Santiones ut homicidas Sacris arcere
rationi consentaneum judicavit qd nemo ea interpre=
tatione quod sciant alius idem observavit = Secundo
quia pro ejus intelligentia omnes casus contingere
valentes cumulavimus, primus est si cum rerum de=
fensione vitæ etiam periculum sit copulatum ut in L.
is qui 2.a cum sequentibus Co. de Sicariis. Secun=
dus est si absque vitæ discrimine res a latrone
fugiente subreptas dominus recuperare velit
et in hoc casu leges interse videntur contrariæ
nam aliæ si diurnus sit occidendum esse statuunt
ut in d. L. 4 ad Leg. Aquiliam. Aliæ si noctur=
nus sit interficere permittunt ut in d. Cap.
3.o de homicidio, sed utramque recte conciliat
Ulpianus in L. furem 9.a ff de Sicariis illis
verbis si parcere illi sine periculo suo non po=
tuit ergo intelligit ipse qd si res recuperari
non possit recte occidatur, et ita illud periculum
intellexit Accursius et Gotofredus ibidem
nec inmerito cum necem appellent leges non solum
vitæ ammissionem ut in L. Capit atrocis
Co. de Sicariis sed etiam rerum ammissionem ut
in L. 1.a § 1. ff de Litigiosis L. Stelionatus 3.a

§ ite, signif. de Crimine stellionatus = q̄d si quæras cur hi
Casus n̄ fuerint a Consultis in aliqua parte collocati [illegible]
dicendum est nulla alia ratione nisi quia si diurnus [illegible]
fur re subreptaronastus aufugiat difficilimum sit ut q̄d
apprehendi n̄ possit. Ut in l. sed etsi § a in principio
ff ad leg. Aquiliam ut q̄d alio via absq̄ occisione recu=
perari nequeat ideo de fure diurno nihil aliud statuunt
nam adea quæ frequentius accidunt leges adaptantur quam
adea quæ raro eveniunt et difficile pro impossibili jus
reputat l. sed et si lege 25 § si tamen 14 ff de peti=
tione hereditatis cum aliis quæ adducit forcatulus in penu
juris cap. 3 et ita lex 3 tit. 8 partita 7 et ibi
Gregorius Lopes. Sotus ubi sup. articulo 8. Lesius
d. cap. 9 dubitatione 11 num. 66 ex Suarez et
Luisio de Torres ubi sup. dubitatione 3. et ita intel=
ligenda sunt quæ tradidere Cujatius et forcatulus
et relati a farinacio d. q. 125. tit. 14. num 219=
n̄ etiam ultimum quia interim dum res in tuto collocata
n̄ est a latrone auferri potest argumento text. in l.
postliminij § a § 1 ff de captivis et in l. 26 tit.
26 partit. 2. et quæ tradit Valencia lib. 1. trac=
tatu 3. cap. 5. num 10. q̄d etiam convincitur ex l. 3
§ cum igitur ff. de vi et vi armata ubi [illegible] in ea for
inpossessione sit potest ab ea disturbare cuius aggre=
ssiones spatium ad duas horas reducit Cujatius lib.
5. observationum cap. 18. ex sententia Pisanij
in l. 1a Cod. Unde vi sed Fabio Accursius tamen
unde § cum igitur ad biduum ut triduum sed Menochius
ad boni viri reducit arbitrium lib. 1. de arbitrariis
Centuria 1. casu 11. et ita furem de quo loquimur
posse a domino baculo ut lancea transfixi tenet.
Lesius ubi sup. dub. 11. num. 70 et dub. 1. num
79. Soto d. artic. 8. Vasquez lib. 1 controver=
siarum cap. 31. et juxta prædicta intelligenda sunt
quæ tradit Cujatius lib. 5. observationum cap. 18
et lib. 14 cap. 15 et lib. 19. cap. 12. forcatulus

Dialogo 96 num 5. & 6. =

35. Deximus quando aliqui interficere et quando non liceat licet impune. An sui ipsius interemptio hac etiam diffini. comprehendatur. Et quidem id licitum esse videtur. quia Si homicidium est illicitum ideo quia privata auctoritate nemo illud potest perpetrare, sed ad id est publica Et Dei et Domini, precipue quando justa aliqua causa subest videlicet defensionis castitatis sic fecit Hieronymo in Cap. non est nostrum 23. quest. 5. et ideo Beata Apolonia in Rogum se conjecit ut refert Eusebius Cesariensis lib. 6. Cap. 44. et laudat eam Martirologium Die 6. februarij, cum aliis quas referunt Lessius libro supra Cap. 9. dum. 6. = Deinde non solum Catholici verum etiam ethnici naturae indagatores subtilissimi id confirmarunt, Ulpianus precipue in ... sed si dominus § si ... servus ... de ... servus ... vulnera verit, non debet hoc damnum deducere non magis quam si se occideret vel precipitaverit, licet enim servis naturaliter in suum corpus saevire, quod licet dificile videatur quia servi jure civili pro nullis habentur tamen quia quo ad jus naturae et eius facultatem omnes homines aequales sunt. Ut idem consultus docet in L. quod attinet 32. ff. de regulis juris et licere, diserte fatetur, idem docuit Martianus in L. qui rei 3. § si quis autem ff. de bonis eorum. L. in L. Cornelia ... ff. de Sicariis. L. factus 12. Co. de accusationibus et hinc ad necem se ipsos Romani vendebant teste Justo Lipsio lib. 2. Saturnalium Cap. 5. Seneca Epist. 83. quod non licitum solum immo dignum et excelsum putarunt. Ut de pluribus refert Valerius Maximus lib. 1 Cap. 8. denique

Celius Rhutarchus in Alexandro ... quorum tradunt Petrus Gregorius Sintagmatum lib. ... Cap. 22. Dionisius Gotofredus in d. L. 3. § si quis autem ff de bonis eorum

num. 36 Sed hec omnino fidei Catholice contraria sunt nam se occidere semper malum est nisi divina mediante inspiratione ut ait Beatus Petrus apud Clementem lib. 7. recognitionum, Divus Thomas 2.a 2.ae, q. 64. articulo 5. ideo damnata Donatistarum heresis qui se necabant ut Martires fierent qui Circumcelliones appellabantur Cap. quidam 29. § Circumcelliones 24 q. 3. Cap. Circumcelliones 1. 23. q. 5. et Martionistae similiter humanum carnem tanquam a Deo creatam odio proseguentes se sponte tormentis offerebant ut ex Teodoreto ostendit Baronius anno domini 146, ex contrario patriciani heretici eam a Diabolo factam asserebant ideo q. contemnendam judicabant. ut quidam ex illis sibi mortem consciscere non dubitare ut tradit idem Baronius ex Filostrato anno Domini 203 =

37 Veritatis Catholice evidentissima argumenta sunt nam ex Dei precepto jubemur. hominem non occidere, nam animantia nos interficere non posse, heresis fuit Manicheorum quos convincitur ex Cap. 1. et 9. Genesis contra quos Aug.nus de Civitate Dei lib. 1. Cap. et Concilium Bracarense primum Cap. 14) sed qui se occidet hominem occidet ergo se occidere nefas est, hec argumentatione utitur Aug.nus ibi supra Cap. 17. et in Cap. Si non licet 9. 23 q. 5. quare iure optimo venit irridendus Empedocles qui ut Deus haberetur in Etnam se precipitavit de quo videtur agere Ulpianus in L. si quis 6. § Lucius ff de injusto rupto irrito facto testam.to Cum relatis ab Altiato lib. 4 parerborum Cap. 4. Stefano forcatulo in L. 1. de just.a et jure num. 40. deinde quia se occidens se prosequendit

Membrum At patriæ L. post Liminium 19. § filius ff. de Captiuis et in Crimen Legis maiestatis incurrit Vsurpans id quod est Solius dei L. 2. 3.ª § Vltimo ff. ad legem Iuliam maiestatis ideo etiam mali Serui dicuntur, qui Dominum eorum Vita priuant. L. Cum autem 28. §. excipitur ff. de edilitio Edicto et delinquunt Carcerem Effringentes, L. 1. et per totum ff. de Effractoribus, Cum Corpus carcer sit animæ, Cicerone teste in somnio Scipionis et vt militiam deserentes Grauiter Sunt puniendi L. non omnes §. §. desertor ff. de re militari, ita Colligunt Plaza de delictis Cap. 23. Symancas de Catholicis institutionibus titulo 18. [illegible] Cocsipus de Excidio Hyerosolemitano lib. 3. Cap. 1). et denique Contra fortitudinem delinquit, Vt in d. Cap. Si non Licet, § Vltimo, Eleganter Martialis lib. 11. Epigrammate 55.

rebus in angustis facile est contemnere Vitam
fortius ille facit, qui miser esse potest.

num.º 38 Argumenta quæ contrarium probare Videbantur. Leuia Vt aiunt brachio depelenda sunt, nec habet Hyeronymi Authoritas quæ Licet Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotecæ Sanctæ anotatione 253. dicat non recte Senense nos existimamus Verbum illud. absque inclusiue stare ita Vt sit Sensus neque in hoc Casu inquiens magis se quemque interficere posse Videbatur iuxta illud Canticorum, Quam tua pulchra absque eo quod intrinsecus Latet, quod etiam dicat esse pulchrum, Vt in Cap. Hebrom [illegible] 2. 23. q. 2, Vbi præter Verbum inclusiue accipitur, iuncta L. 1. § Vltimo ff. de pronoratitia actione, iunctis quæ tradit Oualdus ad Donelum lib. 5. Cap. 12. quam interpretationem tradedit Turrecremata in d. Cap. non et nostrum, Nauarrus Vbi Supra, Gregorius Lopez L. 3. titulo 16 partita 2. Verbo defendiendose = nec Confirmatio obstat quia Certum est Virgines illas se dei Secreta reuelatione occidisse, Vt tenet Diuus Augustinus lib. 1. de Ciuitate dei, Cap. 26. Lessius de justitia d. Cap. 9. dub. 6. num. 24 = nec obstat Secundum quia Certum est. Romanos in eo errore fuisse, Vt existimarent propeþidium Licere, quam At Stoicis philosophis

acceperunt teste Iusto Lipsio lib. 3. Manuductionis ad Stoicam philosophiam Dicertatione 22. et 23. Merila lib. 1. observationum Cap. 23. Gotofredus in d. L. 3. § siquis ff de bonis eorum quod patet ex d. L. 6. § cuius ff de ius esto ruypto Amaja observationum lib. 3. Cap. 6. num. 37 =

num. 39 Pro certo Constituimus num. praecedenti Romanos Magis fuisse errorem amplexos et ita secundum devolutionis argumentum sed difficultatem ingerit Vlpianus cum L. Liber homo 13. in principio ff ad legem Aquiliam, quo loco docet Liberum hominem a suis dominis esse eo quomquemter ibi directam Legis Aquiliae actionem non competere cum tantum ea praestetur domino. Litem Mela 11. § 6. ff eodem tit. Ergo iure Civile Romanus non poterat se occidere argumento textus in L. in re mandata 21. Codice mandati = praeterea et diximus jure Romanorum manus sibi inferens miles dicitur d. L. cum autem 33. § Concipitur ff de edilitio edicto et se vulnerans punitur L. siquis 38. § finali ff de poenis L. omnes 6. § qui se vulneravit ff de re militari adeo ut non solum totale immo neque partiale membrorum interitum Leges permiserint etiam aliquo volente L. in L. 4. § ultimo ff de sicariis ultimo quia suspendisse non lugebantur. L. Liberorum 11. § non solent 3. ff de his qui notantur infamia =

num. 40 Quae rationibus non inmerito quis dubitare posset sed dominium ut effugiat quisquis consideret d. L. Liber homo 13. agere de dominio jure gentium in servos bello captos introducto quod nemo in se habere potest ut observat ibi faber in rationali et tamen inde sequitur quod jure Civile non habeat potestatem in se et in membra sua quam non dominium sed jus corporis appellavit Aristophanes, teste Tiraquello de nobilitate Cap. 31 et quod haec mens Vlpiani fuerit deprehenditur observando las actiones introducidas fuesse in esos

qui Servum alienum vulnerassent vel in alienis damnum
dedissent L. 2. ff eodem quando enim Liber vulneratus
Legis verba deficiunt non enim est sui Servus, nec domi-
nus ideo directa actio cessat. Sed quia Liber homo Servus
non est, facultatem habet in membris suis ad usum Rei-
pub. ait Consultus ei dandam utilem actionem Legis
Aquiliae quae tantundem praestat L. 49 ff de ne-
gotiis gestis non adconsequendam estimationem eo L. 1
§. sed cum homo ff de his qui deiecerunt sed operarum
amissarum et amittendarum estimationem L. 3. I qua
actione §. § si quis in Conductatione ff ad L. Aquiliam =
nec dictus paragraphus excipitur, obstat quia idem
magister dicit quia vereri potest ne tantum audaciae sit
ut domino non pareat, idem in L. 43. § mortis ff eodem
tit.o nisi forte ob dolorem nam tunc etiam Servis licere
existimarunt ideo ex Plenis refert Lipsius ubi supra
d. dissertatione 22. terram matrem nostri miseratam venena
instituisse ut facillimo haustu illibato Corpore et toto
sanguine extinguerentur = nec d. § ultimus nam
agit de milite in eo diversum jus ac in pagano Gra-
maticus dissert.e 44 nu.o 4 Menochius de Arbitrariis
Centuria 3.a Casu 284. Rationem tradit in eo con-
sistere, quia maior in milite intrepiditatis desideratur
= nec d. Lex 4. § ultimo quia id prohibitum non quia
eis dominium deficeret, sed ne tot homines debilita-
rentur. Lex 13. tit.o § parti.ar) Lex si Servus Servum
§ et si fuerunt ad L. Aquiliam eadem ratione petitur
quod docet Consultus in d. L. 11 quia id intelligen-
dum de illis qui Criminis Conscientia sese interfe-
cerant, ut eleganter advertit Amescua de

potestate in se ipsum lib. 1. cap. 9.

num. 41. Iam omnes definitionis partes [illegible] non [illegible] illustravimus sed pro Corollario opus est. ut homicidii poenam brevissime tradamus, illud enim aut simplex est aut qualificatum. Qui dicitur qd Pater committit in filium qd parricidium nuncupatur. de quo plura Parladorius in Sexta quot. Centuria differentia 127. simplex est de quo adhuc communis qd poena mortis punitur Cap. omnes in fine distinctione 5. Citatum L. Cornelia, Instituta de publicis judiciis. Hieronimus Otero diversarum quaestionum Parte 3. q. 25 sed ante Constantinum Imperatorem Crucis affectos fuisse supplicio homicidas, tradit Lipsius lib. 3o de Cruce cap. 7. et in eius locum furcam fuisse substitutam = Sed novissime Laredum lib. 8. Selectarum cap. 9. num. 19. contrarium defendit sed infeliciter dicit cum aliis in locis furcarum mentionem factam a Consultis ut in L. Capitalium 28. ff. de poenis et in L. sacrilegii 6. ad L. Iuliam peculatus L. moris 9. ff. de poenis cum aliis =

num. 42. Sed eius pace Lipsii sententia omnino amplectenda est qua ad id probandum est Coopressa Iuris Civilis desitio quam ipse non animadvertit in L. damnum 8. § 1. ff. de poenis. Vita inquit admonitur ut putat si damnatur aliquis ut Gladio in eum animadvertatur sed animadverti gladio oportet non securi vel telo vel fuste vel laqueo vel quo alio modo quo nihil Clarius ad nostrum intentum esse existimo ita ficultime negotio adducto pro praedicto Auctore rationes

[illegible] [illegible] verbis quasi in contrarium esset dicendum
et a Triboniano immutatas esse. quia sui temporis habe=
= bebant ratione et tradunt post Cujatium Petrus Faber
lib. 2. Semestrium Cap. 7. Ribardus lib. 1. Conjecta=
neorum Cap. 16. et etiam alio constat testimonio Pauli
lib. 5. sententiarum tit. 23. illis verbis Humiliores vero
in Cruce tolluntur. aut Bestiis objiciuntur, quae verba debent
Conjungi cum L. eiusdem 3. §. penultimo de Sicariis. Ubi
Tribonianus sui temporis habens considerationem mutila
reliquit et advertit Cujatius ibidem, quod etiam faciliter
Calestini responso in d. L. Capitalium 28. §. famosos de
poenis [illegible] salva Latini sermonis ratione illa verba
defendi non possunt, ideo Prima Consideratio desoluta ex
allatis [illegible]. quia dicendum est, quod Tribonianus ad sui
temporis Consuetudinem illas reduxit et diximus.
[illegible]. quod mox verius apparet, furcam etiam apud anti=
quos Crucem nuncupatam, nam laqueo homicidas puniri
non consuevisse tradunt Foricatulus in rei Criminalis
tractatu 1. tit. de accusationibus num. 14 et ex
Nonio Marcelo et aliis docet Antonius Perez de Cruce
1. parte quaestionis Cap. 2. = neque id quod subjungit postea
praedictus auctor quia non est Credendum alio modo punitos
homicidas quam juxta legem praescriptam et ex d. L. 8.
§. 1. Constat, neque id quod ab ipso doctore ultimo loco
adducitur obstare potest, nam potius apud Consultos omnis
Latini sermonis Candor et elegantia est, et plu=
ribus docet Germonius pomeridianarum Sessione 2.
folio 215. et quod denique Crucis supplicium ab Hebreis
acceperint Romani, testatur Philo lib. de Specialibus
legibus quam non solum Bajulabant miseri, sed etiam
et celemus erant vexabantur, et nudos postea clavis
figebant, Seneca de Vita Beata Cap. 19. [illegible]

fuisse verissimile est, Custodes, Christus pro nostra salute fuerit Cruci confixus [illegible] eiusdem 3. 4. Et sic nostra rubrica finitur

AD TEXTUM, INCIPITE I, HOC TITULO LIBRO SEXTO



num. 1. Innocentius quartus Pontifex Maximus in Concilio Generali Lugdunensi 1. anno Domini 1244. postquam ab [illegible] Federicus Imperator Communi Ecclesiae Consensu ab imperio nudatus est, et Sanctus Ludovicus Galliarum Rex [illegible] Expeditioni praefectus et Dux Generalis renunciatus [illegible] Platina et Onufrio in Innocentio 4°. Belarmino lib. 1. de Concilio Cap. 5. Azor parte 2ª. institutionum moralium lib. 5. Cap. 1) [illegible] Constitutionem edidit (ut significat Gualterius in Chronographia 13. seculo in eodem Pontifice

num. 2. Conclusio per assasinos [illegible] (et mandans aliquem interfici tanquam ab omnibus diffidatus (id est) absque fide [illegible] ipso facto Excommunicationem et depositionem ab honore, officio et beneficio (ut religiones [illegible] [illegible] Et eius occultator, receptator, et defensor etiam morte [illegible]. Sed produbitandi ratione pluribus quae in contrarium adduci poterant omissis difficultatibus, sit primum quod delinquentium beneficia nisi judicis intercedenti sententia aliis conferri possunt, Cap. Cum 2m. Leges 19. § confiscationis de Haereticis [illegible]. Ergo non recte Constituit in praesenti poenas depositionis et privationis honore, officio et beneficio praedictos mandantes experiri nulla judicis expectata Sententia

num. 3 [illegible] [illegible] pontificalibus poena mortis delinquentibus [illegible] permittit [illegible] Alexandro 3. in cap. [illegible]
[illegible] 5. [illegible] Innocentio 3. in Concilio Lateranensi. in cap.
sententiae 9. ne Clerici vel monachi, id est in cap. [illegible]
de excessibus praelatorum, sed in [illegible] speciem mandantes
[illegible] poena plectuntur quae nihil aliud est quam mortis
pena ex Bonifacio 8. in cap. felicis 5. in principio
de poenis lib. 6. junctis traditis a Gemminiano in prae=
senti num. 11 et L. 5. (titulo 27 partida 7). Ergo
sceleratissimis hominibus [illegible] Pontifex [illegible] poena [illegible]
[illegible] imponere non potuit.
num. 4. Sit 3. Contra eam partem Conclusionis qua docetur quod
[illegible] si mors non sequatur tamen mandans per assassinos [illegible]
[illegible] interfici praedictis poenis subjaceat, traditur
adversatur celebre Ulpiani responsum in L. 1. § Ceterum
ff. quod quisque juris [illegible] in L. qui falsa 19. in
principio ff. de falsis, junctis quae tradunt [illegible]
lib. 8. observationum cap. [illegible] Antonius [illegible]
in rationali [illegible] § [illegible] ubi si [illegible]
non sortiatur nullum inferenti generat damnum, ergo morte
non secuta nulla ex praefatis poenis imponetur.
num. 5. Sit 4. Contra eandem partem [illegible] mandatum [illegible] est
rei turpis ex L. generaliter 26 L. si [illegible] 123.
ff. de verborum obligationibus, sed rei turpis mandatum nul=
lum est ex Ulpiano in L. si remunerandi 6. § rei tur=
pis ff. mandati, nec societas valere potest. L. quod autem
57. L. nec praetermittendum 57. ff. pro socio nec emptio
L. quod saepe 53. § venenum. ff. de contrahenda emptione
juncto Donelo [illegible] Osualdo lib. 12 Commentariorum cap.
27. [illegible] Stephano Forcatulo in [illegible] 5. Col. de [illegible]
ergo mandans non major erit [illegible] quam si [illegible]
mandaret.
num. 6. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quae nullo Pontificio jure
concordanti [illegible] sed per argumentum est dentro Ale=
xandri 3. in cap. sicut dignum 6. § illi autem Cum
et sequentibus [illegible] tit. extra [illegible] in
principio [illegible] [illegible] [illegible]

injurijs. Paulus lib. 5. Sententiarum ... Verbis mandatores Cedis perinde ... ... ueniri. Et in § qui omnino sequenti cap. ... ... multi 8.º 14. q.e 4. Cap. e ... 5. ... Cap. quisquis 9.º Cap. le si forte 11. Cap. digimus 32. ... ... 15. Cap. e commendum 28 de ... distin. 1.ª ... cum ... de sicarijs et sequens ... dicant ... de Episcopis ... Iulia Majestatis ... ... Titulus ... de ... Lex ... 13 in principio § de officio presidis. Lex ... 37 § in ... ff de minoribus. Lex qui domum 8. Cum L. sequenti ff de adulterijs. Et de jure regio Lex 3. tit.º 27. Partida 7. preter Antiquiores exornant Couarruuias in Clementina si furiosus 2.ª p. ... in ... Et lib. 2. Variarum Cap. 10 Iulius Clarus lib. 5.º Sententiarum § finali q. 36. Antonius Gomes 3.º tomo Variarum Cap. 3. Bernardus Dias in Practica Canonica Cap. 71. Ubi noster Salcedo, Mantica lib 4. dialogorum dialogo 76. Marsilius in tract. ... Banitorum Verbo ... Azor tomo 2 moralium lib. 5. Cap. 17. Suarez de Censuris disputat. 23. sessione 6. Plaza delictis lib 1. Cap. 19. Gutierres Practicarum lib 3.º q. es 7. Mascardus de probationibus Conclusione 138. Et alij innumeri quos adducit farinacius 4 tomo praxis Criminalis q.e 123 =

num. 7. Ut Ero decidendi rationem ... Hernamus Vias nullam prelibare oportet ad perfectam nrã materie Cognitionem Et primo obserbandum est nomen Assassinorum a Consultis Et Imperatoribus omnino incognitum fuisse ... ... Innenses ... Ciuile alterum ab altero interfici jubens, conquestoris nomine appellabatur ... ... quo occidebat ... ... Ut Constat lex ... in ... § si mandato ff de injurijs. obserbant Bartolus ... num.º 13. Angelus

num. 1. [illegible] de Arbitrariis lib. 2. casu 352.
[illegible] singulari observationum observat. 41. Vere=
[illegible] Tom. sup. =

num. 8. Assassini nuncupantur qui pecunia alio ve modo conducti homines interficiunt, nihil tale ab eis praecabentes mandato alicuius. Docet Sancarranus in praesenti num. 3. Francus num. 8. Bartolus in l. Licero num. 1. ff. de poenis et in d. §. si mandato num. 14. ff. de injuriis, Bellus [illegible] 1. communem opinionem) et appellantur Assassini ex denominatione provinciae a qua ducunt originem, quemadmodum [illegible] secunda et vera accipere = in Persidis regno tyrannus quidam Aladinus dictus Muleta regione Assassinorum occupavit, multosque sicarios sibi adjunxit, in valle quadam amenissima et praeruptis circumquaque montibus omni deliciarum genere viridi, ad qualem suis Mahometus pollicebatur illorum paradisum instruxit, in quorum faucium per quas solas patebat aditus arcem erexit munitissimam, ne cui praeterquam conceis esset accedendi potestas, affirmans se paradisi claves habere, et soporifera potione illa oblata ut eius [illegible] fide dormientes in eum [illegible] deferendos curabat, qui excitati se in paradiso esse crederent, deinde ille medicato poculo sopitos rursum extra paradisum efferebat, eos postea habens ad omnia quae imperaret paratissimos, [illegible] de paradiso si ei obedirent rediderit [illegible] Turcos, hac arte plures principum christianorum insidiis circumvenitos oppressit, quare ut in vivo [illegible] Innocentius ait, multi magnates taliter perire formidantes coacti sunt securitatem ab eorundem domino impetrare, non absque christianae dignitatis opprobrio, quo usque anno salutis 1262 rex Tartarorum eum in praedicta arce triennali obsidione usque ad deditionem compulit, et cum asseclis omnibus interimi jussit, sic Nicolaus Cassinius parabellanus historiarum lib. 1. cap. 5. et Paulus Venetus lib. 1. orientalis historiae cap. 2. et sicut [illegible]

